200 158.

Tres rare

IO. TAQVETIVS HVNC
LIBRV̄ MIHI GILIO —
LANCE-aque DONO dedit
Anno 1587 mensis

Ex meis Libris, C. Barres
Et chez Ferrère, Libr.x
(provenant de la Biblio-
thèque de Mgr d'Astros,
Archev. de Toulouse).

Disticha Fausti
Tolosæ ex prælo Guidonis
a Bouderville. 1542.
Gothique (très-rare).

Brunet p. 272 ne cite que
l'édition de Colomiès de 1530

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

x Rue des Balances, 37.

Pf XVI-21

DISTICHA FAVSTI.

Gilbert Lancrague 1587

P. F. Andrelini Foroliuien. Poëtæ Laureati, Regij, Regineiq; Hecatodistichon. Cũ duplici Commentario.

L. Claudij Ensis Philomusi.

Ioannis Mauri Constantiani.

ACCEDIT:

AEgloga de obitu Andreæ Vaurentini Poëtæ Aquitani per L. Claudium Ensem Philomu.

¶ Omnia emendatissime iam quarta ęditione in lucem prodeunt.

THOLOSAE.

Ex Prælo Guidonis à Boudeuille.

M. D. XLII.

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

PRINCIPI SVO CARDI-
nali Claremontano, legato Auenio-
nensi Meritiss. L. Claudius Ensis Philomusus cum omni ob-
seruantia. S.

INgenij nostri vigilias, hoc est commentarios in P. Fausti Andrelini districha, opus sane eruditum, quod superiore anno humaniores disciplinas profitentes interpretati fuimus, præstantiæ tuæ offerendas duxi (antistes digniss.) Honestum nāq; & probabile existimaui, si a veterum instituto nō discesserimus. Ea autem, vt scis, vetustissima fuit cōsuetudo, ad tempora nostra serpens, vt quicquid ad mores, vel literarum institutionē componeretur sub alicuius fœlici nuncupatione prodiret in lucem. Quod vt exēplis colliqueſcat, nonne AEsopus fabulator ille Phrigius, apologorum opus Cræso Lydiæ regi dedicauit? Nonne Nicāder vetustiss. scriptor, opus suū Attalo Pergameno cō creauit? Nonne oppian⁹ poeta, poema suū de natura piscium, hexametris editum versibus, Commodo īperatori deuouit? idipsuz quoq; vetustiss. moris innumeros alios authores obseruauisse dubitauerit nemo. Quorū omniū vestigia sequuti, vigilationes nostras (vt ꝓdiximus) in Fausti districha adhibitas, tuo nomini cōsecrauimus, cōsecratas in lucem emisimus, emissas celsitudini tuæ offerimus. Quæ res neciniusto facta iudicio censeri debet, modo opus, munusq; nostrū præstantia tua dignum foret. Quid enim si aliis licuerit

ſui temporis principibus opera ſua nuncupare, nobis non conueniat lucubrationes noſtras tibi deuouere? Es enim is cui ob morum probitatem, ſapientiæ excellentiam, doctrinarumq; conſummationem, literarum monumenta tanquam ad Apollinis aras, iure optimo referri debeant. Neminiq; commentarios noſtros conuenientius ſacrare potuit quã tibi, qui vt doctiſſ. ita & ſemp liberaliſſ. in omnes ſtudioſos repertus es. Quod niſi pleno (vt dici ſolet) apertoq; ore faterer: iam certe ingratitudinis labe, qua nil tetriꝰ eſt, me notatum iri adiudica rẽ. Neq; profecto vnq̃ quã maximis me beneficiſs abs te donatũ inficiabor. Tanta enim erga nos humanitate ſemper vſus es: vt maius addi poſſit nihil. Atq; vtinã merita iſthęc tua, noſtri iuris eſſet, iuſtis repẽdere officiis. Verum enimuero ſi exacto tantũ iudicio quæ te digna ſunt intueri velimus: rarũ erit, extraq; ſortẽ noſtrã, quod tibi debeat offerri, Quis nanq; virũ te imprimis præcellentem non admiretur? Quãti faciẽdũ eſt, qã tantã. & tam ãpliſſimã dignitatẽ tuã, ſummis immunerisq; virtutibꝰ, haud vulgari ingenio, maximis deniq; artibus, continuis laboribus cõparatis, exornas auges, illuſtras. Siue cm̃ religionẽ, ſiue humanitatẽ, ſiue ætatẽ, ſiue animi ſapientiã, ſiue etiã bonarũ ſtudia artiũ, intueri velimꝰ: nõ ſolũ epiſcopatꝰ aut archiepiſcopatꝰ: nõ ſolũ Cardinalatꝰ: ſed etiã ſũmi põtifica tus apex merito tibi debetur. Cæterũ ne in referẽdis ingeniſ tui dotibus, epiſtolarẽ tranſiliuiſſe videamur modũ: quo etiã nec tua præclare geſta ſatis dici poſſunt, cũ fuſioribus debeantur chartis, iam ad dicendi finẽ properabimꝰ, Si modo pauca

de ratione commentandi dixero. Quamuis em̃ cō mentaria nostra cōplures nō modo ad legẽdi, sed etiã ad scribẽdi studiũ forte excitauerint. Tamen vt cũ Cicerone loquar, interdũ vereor ne plurimi admirent, me tm̃ adhibuisse laboris, modo aliqd sit ĩ op⁹ ipsum qđ noua incude fabricatũ fuisset: ꝑsertim cũ difficillimũ sit (vt ait Plini⁹) nouis au thoritatẽ dare. Quib⁹ tñ (si vlli forte cõtigerint) in notescat volo, me nõ tã noui opis rõnẽ habuis se, quam authoris, q̃ mihi fere vnus inter oẽs pri marius fuit præceptor. Cui⁹ insigne hoc opuscu lũ, cũ agnouissem, me operepretiũ duxi facturũ, si cõmẽtarios adiecissem, tãquã qcqd eruditiõis ab authore ipso didicissemus, in opus suũ commen tantes acceptũ referrem⁹. Fateor equidẽ (nec in uit⁹) impendẽdum studiꝭ oleũ circa eos authores quos maiorũ approbata tuli ætas. Nam quicquid nostri sęculi scriptores pepererũt, fere ex ãtiqore æuo dicendi facundiã adsumẽtes. veterũ cõmẽta disparibus tantũ argumẽtis, aut dissimili ordine, in alias trãsfiguraverũt formas. Neq; em̃ qcquã dici põt (vt ait ille) qđ dictũ non fuerit. Quis em̃ elegiographus poeta (de recẽtioribꝰ loquor) Oui diũ nasonẽ, aut propertiũ, Tibullũve nõ est imi tatus? Quis heroico gaudẽscarmine Maronis ma iestatẽ non est insequut⁹? Quis Ciceronẽ, Quinti lianũ, aliumve ꝑcellentem, in prosa oratione non æmulabitur? Satius igiꝭ videꝭ his opera adhiben da qui primi artifices aut inuẽtores fuerũt, quã q̃ alieno fõte agros suos irrigarũt. Interdũ tm̃ noua veteribꝰ cõmiscere, & vetera nouis, nõ infructuo sum est, aut inutile. Vt em̃ non semper eodẽ cibo & quidem consueto, ornãda est mensa, sed recen

ti interdum epulo veluti quodã illicio illustrãda. sic studiosorũ animi nouis quibusdã authorũ cõmentis reficiuntur, paratioresq; sunt ad cõsueta literarũ studia. Habes igiť (amplissime vir) cõmẽtarios nostros in nouũ authorẽ adhibitos: quos si approbaueris, nihil est quod aliorũ ora: aut cẽsurã vereamur. Quicquid certe multiscio te iudice laudabiť, ab alijs culpatũ iri speramꝰ nunquam. sed ne te diutius vestibulari remoremur epistola, iam finẽ fecero. Modo tñ priꝰ Luciũ tuũ dignitati tuæ humiliter commendauerimus. Vale.

IOANNES MAVRVS, Constantianus Mathurino Almãdino, Angeliaco. S. D. P.

ECquid iucũdiꝰ, ecquid plausibiliꝰ vnquam Aquitana iuuẽtus audiuit: dum Almãdinũ suũ celebratissimũ in literis decꝰ probatissimumq; specimẽ ad musarũ munus redire, & cõto quod aiũt, nauigare accepit: quã ingenti lętitiã optabiles nũtios excepit. Quãta oĩm hilaritas, quãtꝰ plausus factꝰ est? Quãuis eñ fœcũdissima iam olim satione Aquitaniã tuã excoluisses, manu tamen nõ thylaco: quod dici solet, tum qdẽ serere videbaris, vt qui tot linguis, atq; disciplinis accinctus istã doctrinã, ista studia quasi delphicũ gladiũ faceres. Nunc vero cunctis offẽdiculis vel cũ pului sculo sublatis, te iam ad publicã eruditionẽ totũ intẽdere rursum inaudio. Quod certe quã sacrũ, quã indicibilibꝰ noĩbꝰ vtile futurũ sit tuã patriã certis potius cõpendijs percipere, quã euidẽtibꝰ argumẽtis me planũ facere velim. Per

ge itaque doctissime mi Almādine, Perge inquā, quo sors non parū fœlix te vocat, tum laus incōparabilis ducit. Quātum enim tum ad singularē reipublicæ vtilitatē, tum ad trāquillā animæ tuę quietem, tum ad immortalē nominis tui gloriam pertinet: ad nullū aliud vitæ genus meliꝰ, ac fœlici ꝰ te cōparare possis. Et nobilissima vrbs, & ampliſſimū omnigenarū artiū emporiū, & maxima scholasticorū celebritas tibi vel sponte currēti calcar addūt. Macte igiť aīo esto. Et pro bonarū literarū assertiōe fortiter decertato. Quas allusiones in lepidissima. P. Fausti poetæ distichaꝫ dubio procul omnino prouerbialia sunt, meis auditoribus anno superiore Mons albani dictarum, nunc emissas, micātissimoq; nomini tuo dicatas vides. Tu propterea tuo iudicio tanquā Mineruæ suffragio has defendes. ineptos istos margites ex hoc albo reiecturus. Quod si hoc quicquid est adiposius ac succulentius tractatū voluissem, certissimum sane argumentū nactus eram. Porro q̄dā tantū necessaria, neq; plane cunctis peruia solū attingere fuit animus: breuitati vt studerē, ac velut digito scaturiginem, vnde hæc districha manarūt ostēderē. Laconismo sane forte nimis hæc tridui lucubratiuncula minus (vt spero) displicebit.

Notum est enim illud Pindari, grata
cunctis in rebus breuitas Tuum
percelebre auditorium ex
me salutabis.

(☞)

Vale Tholose, Nonis Septembribus,

1523

PVBLII FAVSTI ANDRE-
lini Foroliuiensis Poëte laureati Regii, ac Re-
ginei Hecatodistichō ad præstātissimū virū
Ioan. Ruseum generalem Quæstorem
regium promeritissimum.

Pro declaratione huius tituli, sciendum est quod græce centum est latine id est carmen duorū versuum: igitur Hecato distichon, id est carmen siue opus cētū distichorū.

Certū Fausti promissum.

EN promissa patent grati monumē-
ta poëtæ,
Certū est faustino qđ semel ore fluit.

LVCIVS. ¶ Viri grauis officiū tangit q promissis stare debet. Omne enim ꝓmissum iure tenendum, nisi turpe, vt docet Vlpianꝰ in. l. generaliter. ff. de verbo. obliga.

Monumētū a mon eo deriuatur, suntq; poëtarū monumēta versus & scripta, q̄ vt perpetua atq; perēnis sit eorū memoria, in lucē emittunt. Monumētū generaliter res est memoriæ causa in posterū prodita: in qua si corpus vel reliquie inferunt, fiet sepulchrum. Si vero nihil eorū inferat erit monumētū memoriæ causa factū. Qđ græci ex notaphiū appellāt: author est Florētinꝰ iure-ꝓsultꝰ ī. l. monumētū. ff. de relig. & sump. fune. vide Festū & Varronē. ¶ Certū est īdubitatū est. A cerno certo qđ significat video hinc certꝰ clarꝰ īdubitatꝰ. qa q̄ cernimꝰ clara & īdubitata hñtur.

Cū aliquid vehemēter adfirmare volum⁹, ꝑ certo certi⁹ esse dicim⁹. ꝑ acuui⁹ certissare ꝙbo vtit, ꝑ cert⁹ fio, vt testat Noni⁹. Legitur apud Plautum in Epidico incerto as. i. incertū facio. inquit ille. Longa dies meum incertat animum.

☞ MAVRVS. ¶Hęc septē prima districha quasi vice ꝓpositiōis & īuocatiōis ꝓponi vident. Quē admodū em̄ titul⁹ operi prænotatus lectorē admonet quale sit futurū operis argumentū: ita & propositio apud Poetas facit. Sed titul⁹ ab opere separat⁹ est: ꝓpositio vero pars est operis. Nisi cū titulus & propositio in eodē loco adhibent: vt apud Ouidium sæpe.

Si quis in hoc artē populo non nouit amandi,
Me legat: & lecto carmine doctus erit.

Hic sane titul⁹ libri. Ouidi⁹ de arte amandi: eo districho compreh̄esus est.

Hanc tua Priamides mitto Lædęa salutem:
Quę tribui sola te mihi dante potest.

Hic etiā titul⁹ est manifest⁹, pro eo quod epistolæ pręfigendū erat, Paris Helęnę. S. D. Verū ēst tñ Poetas in humili figura nec proponere nec inuocare solere (quādo pręsertim dramaticū est gen⁹) nisi admodum raro vt apud Vergiliū in Buco.

Pastorū musam Damonis & Alphesiboei.

Damonis musam dicemus & Alphesiboei.

Inuocauit etiam in alio Buco.

Sicelides musæ paulo maiora canamus.

¶In his igit carminib⁹ ꝓponit & īuocat Fausti⁹. Proponit quidē in eodem loco.

Districha composui matura digna senecta.
Nam decet annosum pagina casta senem.

Item in alio loco: vbi manifeste īnuit hęc districha

esse prouerbialia: qualia fere solent esse moralia carmina.

Disticha sæpe leges salibus suffusa iociſq;:
Dicta trahunt dulces ad grauiora ioci.

Si quidem primum distichon est offerentis & dedicantis opus iam promissum Inuocauit autē in illo loco.

O q̄ fausta dedit missus primordia nummus.
Faustior incœpta sit quoq; finis ope.

De hac re commentariolum ibidem vide.

Verum iam tempus est: vt ad interpretatiōnē festinemus si prius monuerim⁹: hæc Disticha materiam habere generis demonstratiui, videlicet partim laudatiui, partim vituperatiui. Adde q̄d etiam ad deliberatiuum, & suasorium siue hortatoriū multa pertinent: quæ bonus interpres suis indicare minime grauabitur, quandoquidem hæc temporis angustia minus explere permisit.

Tantū enim paucas allusiones ad sensus carminum explicandorum necessario facientes. Deinde quasdam alias figuras tum familiarem ordinem (quantū potuimus) familiariter aperuimus

Quantum igitur ad huius primi Distichi expositionem pertinet.

Tacita est allusio ad prouerbiū gāta agaton agatides id est pro bonis glomi. i. beneficium cumulate retributum.

Agatides enim græge glomi sunt latine, & ad gratum. i. largum retributorem referuntur.

Sed hæc allusio (ait Erasmus) non satis commode reddi latine potest.

Faustus igit̃ regia stipẽdia à Ioanne Buseo regio quæstore recipiens pro gratia & retributione carmina promiserat, q̃ nũc eidẽ porrigit, traditq; fidẽ & promissum exoluens: idq; cũ fenore: Qñ quidẽ ea stipendia tẽporalia ac vilia sunt æstimanda: Carmina ꝟo sunt immortalia nullo auro: nullis margaritis cõparabilia: his enim memoria tũ poẽtæ, tũ quæstoris benefici ab obliuione asserit̃: qđquidẽ per verbũ monumẽta significanter innuit

☞ In altero deinde versu alludit ad prouerbium foliũ sibillæ. i. oĩno verũ indubitatũq;. Nã sibylla vates. Faustus vates. Vt em̃ oraculis sibyllinis nil veri⁹ est: sic dictis Faustinis nil certi⁹ veriusq;

☞ Quanq̃ declaratis allusionibus cætera sunt abunde perspicua & dilucida: ipse tamen rudibus linguæ latinæ tyronibus gratificari volens ipsos etiam versiculos: eorumq; structuram perq̃ familiariter interpretabor.

☞ En, hic en, est porrigentis. Nam Faustus hoc poëma dextra tenans ac Buseo porrigens: huiusmodi distichon palam recitauit.

✳ Grati, grat⁹ à triplici gratia est. Qui em̃ gratiã: aut agit: aut habet: aut refert is gratus senset̃, q vero contrarium facit ingratus dicitur. Vnde gratitudo & ingratitudo triplex dicitur.

¶ Monumẽta: monumentũ (ait Florentinus iurecõsultus) est quicquid memoriæ causa imposterũ proditũ est: quodquidem naturaliter de quouis monumento corporeo intelligitur: at metaphorice alia quoq;: quæ ad animum vel ingeniũ ꝑtinẽt vt scripta poëmata &c: monumenta dicuntur.

☞ Patent: patere est apertum esse: vt ostiũ patet &c. quòd autẽ patet oĩno manifestum est, vnde

vnde factum est: vt per translationem patere sit manifestum esse atq; constare.

Semel quandoq; signat immutabiliter & irreuocabiliter, vt hic & apud Oui. Lesa pudicitia est deperit illa semel.

Tametsi Calepin⁹ aliter interpretet: idq; perperā

Fluere proprie est decurrere. quod autem decurrit vltra progredit & procedit: vnde fit vt hic fluere pro procedere accipiat.

Ore ꝑ ex ore. Eclypsis est defectu ꝓpositiōis Dabis aūt sensum horum versiculorum per enallagen: immutatione persone tertiæ ad primam.

Ordo textus. O clarissime Rusee. s. en. i. ecce q. d. vide (est em̄ porrigētis) monumēta. i. Distincha, te ad memoriā reuocatura, ꝑmissa. i. ꝑmissi iure debita, poëtæ. i. Fausti amici tui: grati. i bñfitiū repēdētis: patēt. i. manifeste adsūt: ꝑmissū. s. qđ fluit. i. ꝑcedit: semel. i. īmutabiliter, ore. i. ab ore faustino. i. Fausti vatis, cētū ē. i. īdubitatū ē.

Ad librū ne inuidiā extimescat.

Iam liber inuidię secure latrātis habito
Baubantē est timidi pertimuisse cenē.

Lucius. Liuidulorū morsus, vituperorumq; acuminatas cotæ liuoris līguas adspernandas docet. Homuntionum em̄ putide dicacitati insistendum non est. Nulla est enim tanta virtus quæ inuidentiæ morsus effugiat Nā & Herculi obtrectatores non defuerunt qui eū cassabundū & multibibū fuisse tradiderunt. Baubare factitiū est ῥbū proprieq; de canibus dicitur. Sicut asinorū rudere est hīnire equorū, balare ouiū: grunire porcellorū

mugire boũ. Geta Romanus impator habuit hoc familiarevt tales grãmaticis q̃ſtiones proponeret vt illi dicerent animalia ſingula quomodo vocem emitterent. Marcus varro lib. latinitatis. ſ. noctu culũ canem vocat qui in cuſtodia & venãdo ſignũ voce dat. ſũt aũt fideliſsi. Ante oĩa homini canes atq; equi & pugnaſſe aduerſus latrones canẽ pro dño accipimus cõfectũq; plagis à corpore non receſsiſſe volucres, & feras abigentẽ. Baramantum regẽ canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes cõtra reſiſtentes, ſoli noĩa ſua, ſoli domeſticã vocẽ agnoſcũt. Itinera quãuis longa meminere, nec vlli præter hominum memoria maior, author eſt Plinius lib. viij. cap. xl. apud quẽ vide plura. Iunius Columella lib. viij. capite vltimo. Canẽ pulicoſum vocat quem pulices infeſtant: ſicuti & pedicoſus intelligitur plenus pediculorum.

✳MAVRVS. Expreſſa eſt alluſiio ad ꝓuerbiũ canes timidi vehemẽtiꝰ latrãt, q̃ mordent. i. thraſones: inuidi, detractores, & hoc genus hoĩes plus turgidis verbis q̃ veris factis valẽt, fortiuſq; detrahũt: miniꝰ lędũt: ſæpius maledicũt: rariꝰ nocẽt mulierculis non abſimiles quæ fortiter linguatenus belligerant & decertãt, iſtorũ tñ latratulis opera virtutis adeo paſsim obiecta ſunt, vt his vix vnq̃ carere poſſ. q̃nt, vñ zoili homeromaſtiges Vergiliomaſtiges fama nũcupati ſunt. Verũ vt vmbra luminis ſic inuidia ✳tutis certũ ſymbolũ eſt vt aũt vmbra ĩanis ẽ: nihil oĩno nocere potẽs: ſic inuidia. Fauſtꝰ igit ad librũ ſuũ in manus hominũ abiturũ loquit aſſerens ipſum ſua virtute, ideſt optimo ſtilo ſatis aſſertum & defẽſum eſſe, ideoq; inuidos & detractores nihili faciendos.

Iam hortantis est hic: & moram increpantis quasi diceret: Eia quid in lucem ire cunctaris ô mi liber. Vergilius. Iam te diua voco.

Inuidiæ est poëtica enallege. quia ponitur res p persona. Nam inuidiæ pro inuidorum

Secure, idest contemptor. Vergilius. Securus amorum germane.

Latrantis, latrare proprie est baubare, sed metaphorice est detrahere & maledicere.

Abito, notissima est prosopopeia: liber enim ire non potest: vt qui pedibus caret.

Baubare. Fictitia vox est canum: hic autem maledicere transfertur.

Canem prouerbialiter pro mordaci inuido & detractore capit.

Ordo tex⁹. Iã. i. eia: liber. i. ô mi liber secure, idest, contemptor, inuidiæ. i. inuidorum: latrantis idest, detrahentium, habito. i. prodi, in lucẽ. i. ĩ publicum. Nam sup. pertimuisse. i. multũ formidasse: canem. i. inuidum, baubantem. i. multum maledicentẽ sed nihil lædientem, est timidi. i. conuenit timido & meticuloso, nõ aũt forti vero.

Qđ disticha casta moratacꝫ cõposuit

Disticha cõposui matura digna senecta

Nam decet annosum pagina casta senẽ.

LVCIVS. Senilis ætatis officiũ se seruasse oñdit. Oportet autem virũ grãdeuũ grauia tractare amores & lasciuiã postergare. Nã vt ait Tulli⁹ li. offi. j. Illecebrosus senex & sibi cõcipit dedecus, &

adoleſcentũ impudentiorẽ facit intemperantiam Morata igiť ſcripſit diſticha: hoc eſt bonis moribꝰ ꝑdita. Appellat itaq; ſenectã maturã. i. grauẽ & ſapientẽ. In quo ſignificatu. Vergilianũ illud in. vi. Eneidos intelligiť. Hoc helimus facit, hoc æui maturus aceſtes. Alias maturus, feler: mitis: certus vt probat Noniꝰ: fitq; hoc nomẽ à ῥbo maturo. Eſt aũt maturare cũ aliqd neq; citius fit neq; ſeriꝰ ſed mediꝰ cuiuſdã ordine ꝓficiť. Authores ſũt Nigidius: Nonius. Gellius lib. x. cap. xi. & Macrobius lib. ſaturnaliũ. vi. Mature aduerbiũ, & maturiter: matureſcit homo cũ nondũ grauis eſt, ſed iam incipit eſſe grauis. Caſtũ proprie dicimus pudicum & immaculatũ quaſi caſtratũ. Nã caſtrare eſt pudenda amputare. Qui ῥbo ſine pudendis eſt: neceſſario caſtus eſt: ꝓ metaphorã ꝓ honeſto & cõtinẽti accipiť. Inde caſtũ carmẽ, & caſtã paginam dicimꝰ: in qua nihil eſt laſciui. Vide plura apud Noniũ. Caſtitudinẽ ꝓ caſtitate & pudicitia Actiꝰ in Phœnicis dixit. Nõ omiſerim: ſermo eñ ꝓtextatũ à priſcis dici in quo nihil erat obſcœnitatis: qa ꝓtextatis pueris nephas erat obſcœno ῥbo vti ☞ MAVRVS. Reſpicit ad ꝓuerbium illud. Qualis vt talis oño. Nõ eñ ſolũ ex ſermone: ſed etiam ex ſtilo & ſcripto ingeniũ hominis moreſq; perpendunť. Nam tumidus ſtilum habet turgidũ abiectus humilem impudicus impudicũ: caſtꝰ caſtum. Sic eñ Seneca Mecœnatis mores cenſuit. Vera nãq; animi imago in ſermone, tanq̃ corpus in ſpeculo repræſentať. Sic ſacroſctm̃ Euangeliũ diuinã & ſupra mũdanã xꝑi virtutẽ ſapientiã ac ſanctimoniã veluti ad viuũ nobis exprimit: effingit, refertq;. Eſt ſenectꝰ ꝓterq̃ qđ oĩm ætatũ opti-

ma ſapiẽtiſsimaq; eſt etiã caſtiſsima habeꝛ, vt cuius calor iã deferbuerit, quo fit vt ipſa admodum temperata merito cuncta ſapienter caſteq; tum loquatur: tum ſcribat: tum faciat.

¶ Matura, i. ſenili & ſapienti. Maturum enim eſt quod ſole iam coctum & perfecte temperatum eſt Vnde per tranſlationẽ matur⁹ homo dicitur qui omnino ætate perfectus eſt, quo tempore maxime ſapiens habendus, vnde matura ætas. i. ſenilis & perfecta ac ſapiens.

Digna. i. q̃ vt fierẽt merenꝛ: ſic em̃ proprie dign⁹ accipitur, vt dignus laude. i. qui laudẽ meretur.

Pagina, ideſt compoſitio. Eſt enim Metonymia continens pro contento.

Ordo. Cõpoſui. i. ſcripſi: diſtica. i. carmina binorũ verſuũ digna. i. quæ merenꝛ vt fierent ſenecta. i. à viro ſene: matura. i. perfecto & ſapienti Nam pagina. i. cõpoſitio: caſta. i. de honeſtis reb⁹ facta: decet. i. cõuenit, ſenem. i. viro ſeni: annosũ: ideſt multos iam annos habenti.

Diſticha ſalibus reſperſa.

Diſticha ſæpe leges ſalib⁹ ſuffuſa iociſq;
Dicta trahunt dnlces ad grauiora ioci

LVCIVS. Sæpius à iocis ad graviora puehimur, hinc & poẽtæ & grauiſsimi quedam ludicra præludere ſolent. ſic Statius ſuũ præmiſit Achillem. Quicquid vero in omni genere gratum eſt ſalem vocamus. Vnde animi ſolatia appellantur ſales plurali numero.

Qđ obiter oſtendit Plinius libro trigeſimoprimo

Capitulo septimo, suffusa. i. aspersa, salibus. i. solatijs tocisq;, iocos intelligit elegantes, vrbanos, ingeniosos, facetos quo gñe nõ mõ Plaut⁹ ac atticorũ antiqua comedia: sed etiã philosophorũ Socraticorũ libri referti sunt: vt aptestaꝛ Marc⁹ Cice. li. offi. j. Est aũt distichõ, sic em̃ appellaꝛ à Græcis qñ est geminus versus. Nã dis græci bis dicũt stichon versum, sic tetrastichon appellam⁹ cum quatuor sunt ꝟsus: Hexasticõ cũ sex. Hecatodistichon, cũ centũ sunt disticha Græci nãq; cẽtũ dicunt. A quo hecatõbe centũ boum sacrificiũ & Hecaton philon oppidum centum portarũ, De quo meminit Strabo libro Geographæ octauo.

MAVRVS. Hoc disticho tãq̃ digito sũma apte monstrat huius cõpositionis rõnem quãquidẽ totam prouerbialem esse constat: pauci nãq; sũt sales ac ioci q nõ sint prouerbiales, quorũ quidẽ argumentũ diuersis nominib⁹ tradit: ea tñ noĩa diuersis descriptionibus finiunꝛ vt ꝓxime liquebit

¶ Ridiculũ em̃ est quicquid aperte fingitur aliter non esset ridiculum si non fingeretur: ait Fabius

¶ Dicacitas, est sermo aliquos cum risu incessens

☞ Ioc⁹, est sermo iucũditatis & lusus cã fictus.

☞ Scomma Græce cauillum latine, est morsus figuratus qui sepe vrbanitate tegitur.

¶ Lædoriũ est exprobratio & directa contumelia.

☞ Facetia est elegans & iucundus sermo.

☞ Sales sunt quidam sermones non insulsi, sed sapientia & grauitate conditi.

Vrbanitas est sermo cult⁹: bñ morat⁹ ac erudit⁹.

☞ Venustũ seu venustas est sermo qui cũ gratia & Venere quadam fit. Seriũ (quod supradictis omnino cõtrarium est) dicitur esse quicquid sine risu

& verum

& verū & graue profertur. Si quis his plura videre cupiat: rhetores & precipue Fabiū Lib. sexto, capi. de risu legat, Mos autē Epigrāmatariorū: & satyricorū est sua poemata salibus & iocis inspergere. quos Faustus aptū argumentū nactus hic insequitur.

Dulces, id est suaues & delectabiles: aptū est pro re epithetum. Nam ioci solum delectādi gratia emitti solent.

Dicta. Dictum est quiuis sermo: quāuis rhethores pro scommate interim accipiant.

Grauiora. Graue quādoq; est seuerū & seriū. Cicero. Posq̄ grauib⁹ rebus factū est satis. Et ita graue & iocus inter se contraria sunt.

Trahunt. i. ducunt. Et vim tempestiuitatēq; iocorū innuit: vt quorū vsus in sermonib⁹ adhiberi solet: quatenus animi recreati ac velut recentes ad res serias subinde alacriores redeant.

Ordo. O lector supple: leges: id est oculis percurres: sæpe: idest frequēter: hæc districha: idest carmina binorū versuū: suffusa, id est: sparsa & plena salibus: id est salsis dictis (quæ Galli vocant brocards) iociscq;, id est iucundis sermonib⁹: ioci, id est ficti sermones: dulces, id est delectabiles: trahunt, id est ducunt & alliciunt: ad dicta, id est ad res & disputationes: grauiora, id est magis serias & seueras.

PVBLII FAVSTI ANDRELINI. FOROLIVIENSIS POETAE LAVREATI. Regiq; ac Reginei Hecato distichon, ad præstantẽ Virum Ioãnẽ Ruseum, Generalẽ Quæstorem Regium promeritissimum.

Fœlix principium.

O Quã Fausta dedit missus primordia nummus.
Faustior suscepta sit quoq; finis ope.
Principiũ ex alto nascẽs ardore ꝓbatur:
Iusta sed in solo fine corona datur.

LVCIVS. ¶ Post recœptã pecuniã a Ioanne Ruseo ex Regali ærario vtiꝫ exclamatiõe optãs, vt finis sit fœlicior prĩcipio: vel dic locũ esse admiratiõis: iã & o ĩterdũ est admirãdi aduerbiũ, vt apud Iuuenalẽ: o qualis facies. & quali digna Tabella. vide Priscianũ li. xvj. Nũmꝰ a numismate fuit appellatus. Græci nũmum (momisma) vocãt. Numisma vero (apotonmomos) hoc est a lege deriuatur: qđ deposita ꝑmutandi cõsuetudine signatꝰ sit nũmꝰ eiq; præciũ impositũ Permutabãtur eñ res inter se priusq; repertus esse nũmꝰ. Author est Homerꝰ, post eũ Paulꝰ ĩ l prima. ff. de contrahẽ. emptio. post vtrũq; Plinius libro natura. hystoriæ. xxxiij. capite primo, ope. i. auxilio, vel per apocopẽ ope pro opere interꝑtari potest. Altũ ardorẽ, Animi feruorem intelligit.

MAVRVS. ¶ In primo versu exclamatio est epitasim habēs. Nā stipēdiū, ait missum a Ruseo fœliciſſimā auſpicationē operi dedit: animus em̄ stipēdio, p virtutis ꝓmio ꝓpoſito, miris modis ad rē gerēdā ſollicitaꝛ, Vbi vero præmiū ipſum adeſt, admodū exhilareſcit: multoq; vehemētius ad opus virtutis exacuiꝛ. Quocirca conatus illi rē generoſiſſime ac fœliciſſime aggrediuntur ſimul & ꝓficiūt. Magna ſiquidē nūmorū vis eſt: & ingens ad virtutē poeticam excitatio. Propterea ad illud, Perſianū alludere videtur.

Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi.
Coruos poetas & poetridas picas.
Cantare credas Pegaſeium melos.

In ſecūdo verſu alludit ad prouerbiū, fœlicitas dei mun⁹ eſt. Nā licet principiū operis ſit fœlix. Tamē vt finis principio reſpōdeat: nō in noſtra poteſtate ſitū eſt: ſed a dei arbitrio pēdet: hoc igitur ab ipſo ſtatim petendū fuit. Quod ſi q̄raꝛ: quomodo nummus initiū fœlix efficere queat: cū fœlicitas ſit ſolius virtutis velut filia? Reſponde poetā hic peripateticos imitari, q̄b⁹ diuitiæ ſunt organa virtutum.

Duplex itaque auxiliū ad opus ſtatuūt: alterum humanū: quod quidē ex bonis & adminiculis externis ꝓficiſcitur: alterum ſupra mūdanū: quod ex virtute, & dei gratia pendet: magna humani auxilij portio nummus eſt: ſupra mundani vero præcipua ſumma eſt dei gratia: quam ſæpe præſertim poetæ ſub quorūdā numinū figmētis inuocare ſolent. Fauſt⁹ igitur vtrūque auxilium quaſi vice inuocationis petit & exoptat.

O exclamatio eſt: cui⁹ ſymbolū eſt ꝓticula, q

quæ quidem exultantis est.

☙ Quã, exclamationi epitasim p interrogationem adiungit: q̃ enim significat valde: cũ superlatiuo semper sine figura & per cõpositionẽ, vt est q̃ doctissimus. i. est valde vehemẽter doctus. Cũ positiuo vero semper figurate. i. per ĩterrogationem: vt q̃ doctus est? i. valde doctus est.

Nummus, alĩ numus legunt. Sed vsui sui seculi Paust⁹ recte seruit. Nũm⁹ igitur q̃uis moneta est: græce numisma dicitur: vnde nũmat⁹. i. qui nũmis abundat: quẽ indocti pecuniosum vocant: cũ tamen pecuniosus sit pecudibus abũdãs. Nummum itaq; pro stipendio figurate capit.

☙ Primordia, heterosis est ĩmutatiõe numeri, primordia dicũtur principia quasi quę primo ordimur, id est incipimus.

Ope. id est conatu. Salustius. Sũma ope niti decet. i. summo conatu. Nam incœptus conatus operis est initium ipsius: male igitur alĩ pro opere alĩ pro carmine interpretati sunt.

☙ O exultantis est. Numm⁹. i. stipendiũ meũ: missus: id est a Ruseo missum. dedit. i. huic operi attulit: primordia, id est initiũ, q̃ fausta, id est fœlicissimũ: finis. i. operis exitus. sit: id est vtinã deꝰ Faustior, id est fœlicior: ope, i. conatu, incepta, i. iam incœpto. In secũdũ Distichon.

Archi imisi pantos. i. principiũ dimidiũ totius. Ad hoc eñ ꝓuerbiũ manifeste alluſum est: quod Plato lib. vi. de rep. ostẽdit: ita scribẽs. Nã in prouerbijs quidẽ initiũ totius, facti dimidiũ dicit. Atq; illud nimirum recte cœpisse oẽs vndiq; laudibus ferimus. At istud (vt mihi qdẽ videꝰ) pl⁹ est q̃ dimidiũ. Neq; qs q̃ hoc (vbi recte fit) sa-

tis ꝑ merito laudarit. In altero versu respicit ad ꝓuerbiū Solonis: finem vitę spectа, facilis em̄ est allusio de re ad ꝑsonā & cōtra. Vt em̄ in fine vitę hoīs fœlicitas est asserenda: sic in solo operis fine fœlicitas ei⁹: perfectaq; laus: ac digna præmiatio iudicāda venit. Vulgata quidē sunt illa, finis coronat. Et finis laudat op⁹. Et finis est opis summa. Hoc aūt Distichō ex antitheto est: quia principiū & finis cōtraria sunt: operis igitur tātū incœpti & īperfecti laus imperfecta est. At operi iā ꝑfecto & cōsummato laus plena ꝑfectaq; debet. Quocirca principiū omne remissus laudandū est: atq; summa laudis ad finem differenda.

Ardore, opera quæ diligenter fiunt: ardere dicunt. Vergi. Ardet opus &c. quēadmodū quę negligenter fiunt, & cū cessatione dicuntur frigere. Vnde ardor hic pro sedulo affectu: & ingenti diligentia sumitur.

Probatur: plus est probare q̄ laudare: vnde per ītētionē dicūt Oratores, laudo ꝓboq;. Probare igit ꝓpriæ est laudare: idq; pleno iudicio: & hic potētialiter exponi debet: vt sæpe fit apud oēs.

Corona datur coronā pro palma accipit. Verūtamen coronā dare, ꝑ palmā dare nouatū est: de coronis earūq; generibus Erasmū in Prouerbio, palmā ferre: & alios Autores lege. Aduerte tñ schema ꝓuerbiale ibi subesse. Nā corona ad virtutis laudē & prę̄miū dabat: quare hic pro laude ꝑfecta & ꝑmio capit. Nam Symbolū ꝑmi(erat.

Ordo. prīcipiū. i. initiū operis: nascēs. i. ꝑcedēs: ex ardore, i. ex diligētia & sedulo conatu, alto. i. sublimi & gñoso, ꝓbat. i. laudari solet. Sed corona. i. ꝑmiatio. iusta, i. vera dignaq;: datur. i.

tribui debet: in ſolo fine, id eſt ſolum in extu & cõ ſummatione operis.

Ad diſticha.

Creſcite cum largo mea diſticha: creſcite cenſu,
Depoſcunt tutæ fertile carmen opes.

LVCIVS. ¶ Huius Diſtichi ſenſus eſt. Sicut mihi creſcit. i. augeť pecunia: ita o mea Diſticha creſcite. augeamini. Eſtq; figura apoſtrophe. A verbo cẽſeo cẽſus, eſtq; eſtimatio rerũ & bonorũ: vñ cẽſum agere, eſt recẽſere hominũ facultates: hic tñ cẽſus ĩpropriæ ponit p pecunia, Iuli⁹ Cęſar, vt ſcribit Suetonius, recẽſum populi egit, id eſt Po. Ro. recẽſuit, vel recognitionẽ fecit. Largus cẽſus, profuſa & abũdãs eſt pecunia, à verbo largiri, quod eſt pfuſæ donare: hinc etiã largitas profuſio, largitio expenſa, quę fit ad aucupãdum fauorẽ in petitione magiſtrat⁹: largitatẽ tamẽ p largitione. Turpili⁹ apud Nonũ repoſuit. Tutæ opes, pecuniæ ſuo tpe redditæ. Fertile carmẽ, fœcundũ poema & frugiferum.

MAVRVS. ¶ Proſopopœia eſt. Nã Fauſtus diſticha ſua alloquit, q̃ gdẽ cũ ſtipendio auctoiubet augeri. Nam a rege ſolũ prius ſtipendiũ Fauſto pendebať, Deinde vero aulicorũ ſuffragatione & pſuaſione: Regina quoq; Fauſtũ ſtipẽdio donauit: vñ Poeta Regi⁹ Regineuſq; vocitatus eſt. Quocirca dicit creſcere: par eſt em̃ vt creſcẽtibus corpis & fortunę bonis: ĩgenii quoq; animiq; bona creſcãt. Iuxta illud Euangelicũ axioma.

Creſcebat aũt ętate & ſapiẽtia. Et Sybilia à Romano rege pro plurib⁹ libris plures nũmos repo-

ſcebat. Alludit aũt ad illud vulgo iactatũ. Si aderũt mecœnates: nõ deerũt Marones. Siqdẽ poetę ad ſtudiorũ trãqllitatẽ nihil aliud magis conferre cenſent quã opes vt quib⁹ omnia ad votũ ſumminiſtrant: quo fit vt ingeniũ magis ſerenũ: ipſa etiã mens magis quieta omnibus negotijs & difficultatibus poſtergatis remaneat.

☙ Creſcite. Epanalepſis eſt.

☞ Cenſu, nunc redditũ proprię cẽſum vocant: vnde hic ſtipendium regium vocat cenſum.

☙ Tutæ. id eſt detendẽtes ab omni malo: capit enĩ modo actiue modo paſſiue, de quo vallã vide.

☞ Depoſcunt: depoſcere eſt iure & ratione exigere ſeu requirere, non autẽ valde deſiderare, vt quidam male interpretatur.

☙ Ordo. mea diſticha. i. O mea carmĩa creſcite i. nũero augeamini: creſcite inq̃ cũ cẽſu. i. cũ ſtipẽdio regio regineoq; : largo. i. copioſo: opes i. diuitiæ: tutæ. i. ab oĩ malo defendentes: depoſcũt. i. iure exigũt & requirũt: carmẽ. i. poema: fertile. i. fœcundum & copioſum.

☙ Nulla dies ſine linea.

Nulla dies abeat qui linea ducta ſupſit.
Nõ decet ignauum præterĩſſe diem.

LVCIVS. ¶ Admonet ne fruſtra & ſine fruge diẽ cõteram⁹: ſumptũq; eſt ex Apelle q̃d ſibi peculiare habuit, vt nullã tam occupatã diẽ haberet quin ductu lineæ artẽ ſuã exerceret: quod ab eo in ꝓuerbiũ venit. Vide Pliniũ lib. Naturalis hiſtorię. xxxv. capite decĩo. De eo etiã meminit.

Fabi⁹ Quintilian⁹ lib. xij. capite. x. Bene igit & ſapiẽter hortatur, ne ſine vllo quæſtu elabãtur dies. nã (vt dicere ſolebat Theophraſt⁹) p̃cioſiſſimus ſumpt⁹ tẽp⁹. Quã ſentẽtiã in verſus ſic redegimus in libris noſtris elegiarum.

Temporis impenſa ſumptus precioſior omni.

Labit heu ſubito nec reditura dies. Alio quoq; Carmine ad curã temporis noſtros ſic ſepius admonere ſolemus.

Diſcite virtutem primis animumq; ſub annis
Paſcite Doctrina heu melior male diſpexit ætas
Artibus ingenuis, Caſtis quoq; moribus orba.
Diſcite virtutem memores eſtote iuuentæ.
Labitur illa cito, velocibus effugit alis,
Et ſemel elapſa haud vllo reuocabitur æuo.

¶ Ignauũ diem intellige pigrũ & tardũ, & qui ve terno ſeu torpore peragitur: contrariũ eſt: nauus celer, à nauiũ celeritate ignauia ipſa tarditas & deſidia vide Noniũ marcellum. In pigros aduocãda eſt illa Plauti ſentẽtia ĩ rudẽte, nimis hõ nihil eſt q̃ piger eſt, nimiſq; id gen⁹ odi ego male, vigilare decet hoĩem. Qui vult ſua tẽperi cõficere officia.

& MAVRVS. ¶ Exp̃ſſa eſt alluſio ad puerbiũ Appellis celeberrimi pictoris. Nulla dies ſine linea. ĩ. nullo tpe à ſtudio ceſſandũ eſt: ſed ſemp exercenda eſt ars: ne ignauia peſſima ſapiẽtiæ noua uerca facultatẽ artis peſſundet, Oẽs enim artes. (ait Vegetius) omnia q̃ opera quotidiano vſu: & iugi exercitatione proficiunt.

¶ Linea carpẽtarii filũ eſt: quo ſuam materiã ſignant: figurate vero linea etiã eã & quãlibet etiã figurã ſignificat: vnde lineã ducere id eſt in tabella figuras protrahere. Sed hic p quouis opere ſeu

operis & studij exercitio prouerbialiter accipietur

Quã præcioſum ſit tempus, & quàm ipſi⁹ parci eſſe debeamus: apud Eraſmũ in quodã exẽplo in ij lib. dup. copiæ vide: etiam memoriæ inſculpe.

¶ Ordo. Nulla dies. i. nullũ tempus habeat. i. trã ſeat quin. i. vt nõ: linea. i. aliquod opus ſeu exercitiũ artis: ducta. i. per actũ: ſuperſit. i. relinquatur. Non decet. i. non eſt decorum & laudabile, preteriiſſe. i. tranſiuiſſe: diem. i. tempus diurnũ: ignauum. i. ocioſum & ſine exercitio aliquo.

¶ Ad lectorem.

Quid me tã miris ſublimẽ laudib⁹ effers
Diuinũ ingeniũ plena crumena facit.

LVCIVS. ¶ Spes lucis nos ardua attentare facit. Videturq; illud Perſianum tangere. Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi, Cãtare credas pegaſeium melos. Quadrare huic loco mihi videtur Martialis epigrsmma ad Lucium.

Sæpe mihi dicis luci chariſsime Iuli.
Scribe aliquid magnum deſidioſus homo es.
Ocia da nobis, Sed qualia fecerat olim.
Mœcenas Flacco, Vergilioq; ſuo.
Condere victuras tentem per ſecula curas.
Et nomen flammis eripuiſſe meum.
Inſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.
Pingue ſolum laſſat, Sed iuuat ipſe labor.

Sed vt reditus habeatur ad familiarem interpretationẽ, prim⁹ verſus interrogati⁹ eſt: quaſi diceret nõ me laudare deberes, ſed pecuniã, ſubiũxit itaq; diuinũ ingeniũ ac volet inferre ſpes quæſtus diuinũ carmẽ cõponere facit. Eſt autẽ crumena (ſeu

diminutiue crumenula)saccul⁹,locul⁹,marsupiũ
& MAVRVS. ¶ Tacite alludit ad apophte-
gma Demetrij Halicarnassei: Aquã bibẽs nil bo-
ni parias: cui⁹ sensus(interprete Erasmo)talis est
A poetis nihil preclarũ: aut posteritate dignũ, aut
venustũ proficisci põt: si biberint aquã, hoc est si
paupes fuerĩt & tenuivictu, huc facit Hora. illud
Nulla placere diu, nec; viuere carmina possunt:
Quæ scribuntur aquæ potoribus.
Præterea ad illud prouerbium respexit priori fer
me simile.
Haud dithyrambus est aquã si potiret. i. languet
poetarũ ĩgeniũ nisi vino cõcalescat: vñ Horatius
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Horatius enim eloquentiam vino tribuit dicens.
Fœcundi calices quem non fecere disertum.
Siquidem vini calor excitat inueniendi vim: quæ
torpet nonnunquã in ieiunis: mouet phantasias:
addit impet⁹: sumministrat fiduciã: ita Erasmus
ex Plutarcho. Et Aristoteles ait Psitacũ vino lo-
quaciorẽ fieri. Pecuniæ etiã q̃runt: & maxime ob
victũ cui⁹ lautior pars est Bacchus lætitiæ dator:
propterea haud mirũ videri solet: hominis inge-
nium pecunia fieri diuinius & excellentius.
Vult igit̃ poeta non se: sed pecuniã tanquã poe-
matis adeo elegantis causam laudari debere.
Diuinũ, translatio est pro excellentissimo.
Plena crumena est denominatio: continens
pro contento. Verum à parte intellige totum. i.
pro nummis totam pecuniam: vt apud alios Poe
tas vbiq; fieri solet.
Ordo. Quid. i. cur. q. d. frustra. effers. i. extollis:
laudib⁹. i. præconijs, tam miris, idest. tam singu-

larib⁹ me ſublimẽ.i.fauſtũ,grãdiloquum: plena crumena.i.ingẽs pecunia:facit.i.reddit,ingeniũ, ideſt,vim intelligẽtię:diuinũ.i.excellẽtiſsimam.

☞ Haud bene cãtaẽ exhauſta crumena.

Legitimus tacto cõcentus manat ab ære
Nõ bñ cũ vacua eſt vlla crumẽa ſonat.

Lucius. ¶Sonus auri & pecuniæ amœniſsim⁹ eſt nec quicquã recte ſonat ſine pecunia. Sine ea delirat lyra,ſtridula eſt fiſtula:rauca ſunt tympana, diſcordat muſica, diſſona eſt crumena:ab ære tacto pecunia tacta. Prima eñ pecunia ex ære fuit: qđ indicat Ouidij carmen in libris Fauſtorum.

AEra dabãt olim,melius nunc nomẽ in auro eſt.
Victaq; conceſsit priſca moneta nouæ.

Serui⁹ rex prim⁹ æs cepit ſignare,vt ſcribit Pli. lib.xviij.cap.iij.& libro.xxxiij.ca.iij. Macrobi⁹ tamen libro primo ſaturnaliũ cap.vj.hoc cõmentũ æris ſignati tribuit Iano. Sed ne diutius in hac quæſtione he ſitẽt ſtudioſi iuuenes extimãtes diuerſa authorũ fuiſſe iudicia,eos admonitos velim vt alterũ.i.Ianũ ante conditã vrbẽ: alterũ.i.ſeruiũ regẽ poſt conditã romã æs ſignaſſe intelligãt ſic conſentanei inter ſe erunt authores. Ponitur interdũ æs pro tubis,hinc illud Vergilianũ. Aere ciere viros,vnde æneatores tubicines dicunt. Ab ære ænobarbus qui rutilam & quaſi æneã habet barbam:fuit hoc cognomẽ Domitiorum ex qua familia fuit Nero. Aeruſcare eſt pecuniam ſeu ęs vndiq; colligere,vt interpretatur Marcellus.

☞ MAVRVS. ¶ Alluſio eſt ad nūmos complures dū excutiunt in crumena harmoniā & verū ſonū reddentes. Non aūt ad nummū ſono probatū: neq; ad chordas æreas muſicorū inſtrumentorū: vt quidā male autumant. Fauſtꝰ em̄ miſsis in argentata crumena ſcutatis ad mēſam vel manū (vt oēs ſolēt) cōcutiebat: à quo more argumētū cudendi hoc diſtichon cœpit. Pauper igit poeta nunquā bñ cātare. i. bona carmina cudere pōt Vt em̄ crumena ſine nūmis nullū ſonū: ſic ingeniū ſine pecunijs nihil ſonorū: aut præclarū ædere pōt. Nā vt crumēa nūmos: ſic īgeniū ☞ ſꝰ cōtinet

Legitimus, legitimū dicunt Latini: quod eſt verum & non adulterinū quaſi lege præſcriptū & obſeruandum, legiq; omnino conueniens.

¶ Cōcentꝰ. Latini cōcentū appellāt diuerſarum vocū modulationē, quæ Græce ſymphonia vocatur. Porro inter ſe ſinguli nummi ſonos habent ſuos: ex quibus cōſonātia reſultat, q̄ muſas & literatorū īgenia ſtudiaq; miris modis reficit foueq; Ab ære, eſt ſynecdoche: qa ex ære olim cudebant.

¶ Nō bñ ſonat. Sermo eſt in cōpendiū oronis factus: pro non ſonoros & claros ſonos ædit.

☞ Ordo. Cōcētꝰ. i. ſonoritas: legitimꝰ. i. vera & clara: manat. i. venit: ab ære. i. à nūmis, tecto. i. pcuſsis, crumena. i. loculꝰ, nō bñ ſonat. i. nō claros ædit ſonos, cū vacua eſt. i. cū nummis, oīno caret

☞ Cæcus cantat ob habitam ſtipē.

Ipſe habita ſacram ſæcus ſtipe cantat ad ædem

Mutus abit, nudā cū trahit ille manū.

Lucius. ¶ Tanta est vis Pecuniæ, vt eã nõ visam cupiat cæcus. Veteres stipẽ æs dixerũt: hinc stipendiũ æs militare, & stipendiarij milites: hinc stipulari qđ ꝓprie significat stipẽ hoc est pecuniã promittere: quãuis ad oẽs rogationes q̃ solẽniter fiunt transferaꝛ. Author est Marcꝰ Varro libro Latinitatis. ij. in fine. Manũ nudam, intellige vacuã. Mutus abit: solẽt enim qui votorũ expectatione priuanꝛ tristes obmutescere. Mutũ à mugẽdo quidã dictũ existimãt: etenim cũ loqui nõ possit, siue id linguæ defectu, siue auriũ accidat, ꝓrũpit tñ in vocẽ quæ mugitꝰ potius quidã quã sermo videꝛ: ab hoc mutio verbũ, quod est summisse loqui, quo vsꝰ est poeta Enniꝰ: à quo mutesco: inde obmutesco quasi mutꝰ fio, & musso. i. murmuro: vñ mussito as. Pli. li. j. Dũ ista (vt ait M. Varro) mussitamus, pluribus horis viuimus.

MAVRVS. ¶ Allegoria est: cuiꝰ censꝰ est poeta sacer diuina cudit carmina: si digna mercede fuerit remuneratꝰ: alias sane obmutescit. Alij ꝟo dũtaxat ad similitudinẽ trahũt: & exponunt. Probatum amorẽ pecuniæ quasi naturalẽ esse. Amor sæpe em̃ teste Aristo. solũ incognita fertur Verũ cæcus qui nũmos nunquã vidit grauissime tñ eos diligit. Alludit aũt ad cæcos: qui stipẽ ostiatim & vicatim emẽdicantes ad musicũ plectrũ cãtilenas canũt. Faustꝰ em̃ admodũ pius erat: vt q vniuersum ferme peculiũ in pauperes & mẽdicos effunderet, quorũ aliq, & præcipue cæci mire sũt petaces. Hæc itaq; petacitas, & mira cupiditas cõponendi distichi argumentum præbuit.

Stipe. Stips ꝓprie merces est, q̃ stipatoribus, idest, corpꝰ principis custodientibꝰ ac etiã militi-

bus dabatur, sed figurate nūmus omnis aut ærario, aut mendicis erogatus stips vocatur.

Ordo. Cæcus: ideſt, oculis orbatus, ipſe, ideſt (per emphaſim) non cognoſcens nūmos, cantat, ideſt cantilenam dicit, ad ædem, ideſt, iuxta tēplū ſacram, ideſt, numini dicatū, & hoc dico, ſtipe. i. nummo habita, ideſt, exacto à tranſeuntibus. Cū ideſt, quando ille trahit, ideſt, retrahit, manum nudam, ideſt nummis vacuā, abit, ideſt diſcedit, mutus, ideſt, non canens.

Pecunia rerum regina.

Vnica cunctarū regina pecunia rerum.

Præcipuum magno pro Ioue numen habet.

LVCIVS. Oībus eſt pecuniæ ſtudiū, & eidē parent oēs, eſt igiť regina pecunia. Ambroſi⁹ libro. ii. Officiorū: cap. xxi. Hoc malū iamdudum humanis influxit mētibus, vt pecunia honori ſit & vt nemo niſi diues honore dignus putetur. Conuenit huic loco illud Horatianum in libro primo epiſtolarum.

Scilicet vxorem cum dote, fidemq; & amicos.
Et genus, & formam regina pecunia donat,
Ac bene nummatum, decorat ſuadela, Venuſq;.

Sed quid pecunia ſit differendū putam⁹. Pecunię igiť noīe gñatim ac vniuerſim oēs diuitias intelligere debemus oēs prouentus, omnia iura, oēs res mobiles. Id facile cognoſcitur ex lectione Hermo

genis in.l.pecuniæ.ff.de verborũ significatione. Cui adstipulaꝛ Vlpianus in.l.pecunię ꝟborũ. Et Paulus in.l.pecuniæ appellatione.l.in lege rei. eodẽ titulo in libris digestorũ. locus est apud Tulliũ Ciceronẽ in primo Officiorũ ab interprætib⁹ nondũ satis apertus: ait ille Marcus Crassus negabat vllã satis magnã pecuniã esse ei q̃ in republica princeps vellet esse, cuius fructib⁹ exercitũ alere nõ posset. Grãmatistæ: Tullijq; interpretes locũ capiunt pro sola numerata & signata pecunia, ĩtelligũtq; pecuniæ fruct⁹ vsuras & fœnora. Nos ꝟo prorsus ab eis dissentiẽtes oꝛonis illi⁹ sensum ad gñalem pecuniæ significationẽ referim⁹: ĩ qua iurecõsultos fidissimos testes adhibuim⁹. Turpissimũ itaq; foret reipublicæ principes vsuras & fœnus cõmittere. Seruius pecuniã à peculio dici censet: sed quasi sol⁹ & inermis aduersus mille hostes cõtendere videꝛ. Nã alij ferme omnes à pecore dici putant: inter quos M. Varro libro Latinitatis primo. Columella libro septimo.
Plinius.li.xviij.capite iij.& lib.xxxiij.capi iij.
Præcipuum numen, præcipuam potestatẽ, alias numen sumitur pro ipso deo.

☞ MAVRVS. ¶ Allusio exp̃ssa est ad illud ꝓuerbiũ, pecuniæ obediñt oĩa, quæ catholica est sentẽtia. Eccle.c.x.scripta.q.d.quãuis potestas Iouis, aliarũ etiã rerũ in suo gñe p̃stet: vis tñ pecuniæ mirabilior esse videꝛ. Qñquidẽ vbiq; om̃i tẽpore, oĩbus casibus & periculis opem ferre videtur, adeo, vt quicquid in hoc orbe rerũ bonarum: vel malarũ geritur, ipsi⁹ gr̃a (teste Aristophane) fiat: deus vero rarius nec oĩbus locis: nec semper:

quia solũ vbi & quãdo vult, adest. Præterea pecunia bonis iuxta ac malis opitulatur, deus vero in his delectum habet: de hac ita q̃ Horatius ait.

Scilicet vxorem cum dote, fidem q̃, & amicos.
Et genus: & formam regina pecunia donat.

☞ Vnica: in hoc positiuo est epitasis suplatiua. Plinius. Vnicum Italiæ decus ideſt maximum.

* Præcipuũ, etiam superlatiuum positiuum est.

Regina nomẽ est maximæ dignitatis & ptãtis. Verũ quia rex à regendo est: aliq̃n rector & dñs dicitur: vnde hic regina dicitur domina, q̃d velut p tyrannidẽ, oĩm rerum dominium occupauerit.

☞ Pecunia. Noĩe pecuniæ quicq̃d possidemus intelligit secũdũ iurecõsultos. Et q̃a pecunia cõsistit opulẽtia, q̃n q̃ pecũia p opulẽtia capit, vt hic

* Numen, est dei voluntas, At per translationẽ pro potestate ponitur, vt hic.

☞ Ordo. Pecunia. i. opulẽtia, regina. i. existens dña, vnica. i. maxima, cunctarũ rerũ. i. in cunctis rebus: habet. i. occupat, numẽ. i. ptãtẽ, p̃cipuũ. i. maximã, p magno Ioue. i. loco Iouis. Opti. max.

Aurum sole splendidius.

Clara quidem profert phœbæus lumina fulgor
Purius est aurũ, splendidiusq̃ micat.

LVCIVS. ¶ Aura splẽdorẽ signific at: hinc aurũ deriuat à splendore ipsius metalli, vt testis est Varro li. 5. de lin. Lati. Laudat igit hic Faust⁹ auri splendorem qui solis fulgori præferend⁹ videt Cum illius studiosi & cupidi ferme sint omnes: facceta fuit illi⁹ philosophi respõsio, qui dũ interrogaretur

gareť:cur aurũ pallidũ eſſet,reſpõdit:quia multos inſidiatores habet,Puri⁹,purũ mundũ & ſine ſorde ſignificat:hinc pura veſtimẽta a veteribus dicebanť:quę ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant: purũ aurũ quod expurgatũ eſt. Committiť autẽ hoc verſu hyperbole figura.

☞ MAVRVS. ℂ Hyperbolica comparatio eſt:quãuis ſol oculꝰ mũdi & fons oĩm luminũ à philoſophis dicať. Tamẽ aurũ ſplẽdidꝰ eſſe videtur:nõ ſolũ re ipſa,ſed etiã effectu. Sed hãc cõparationẽ dilatemus. Vt ſol ſine motu & ſenſu eſt, mouet tamẽ oĩa. Sic aurũ eſt ſine motu & ſenſu: nihil eſt tñ in orbe,quod nõ moueat,ac vigorem ipſi⁹ ſentiat. Sol q̃dẽ eſt, viuificator & cauſa rerũ oĩm. aurũ ẏo iſtud ſibi ex ſentẽtia Euripidis vẽdicat. Sol delectat oĩa,aurũ multo magis:vt q̃ oẽs maiore cũ admiratiõe ac ſæpi⁹ quam ſol ad ſe inſpiciẽdũ ad laudãdũ ſuſpẽdit. ſol ĩ primis ſplẽdet & exornat oĩa:ſine quo cũcta tenebre forent. Verũ aurũ hoc vigore & hac dexteritate pretioſius laudabilius habeť: ſine quo nil eſt illuſtre,nil admirabile. Aurũ enim ſplẽdor verus:nitor conſpicuus,& ornamẽtũ illuſtre rerũ oĩm eſt:tẽplorum,armilarũ,gemmarũ,digitorũ, Regum,pontificum,doctorũ,fœminarũ. ſol in oẽs ſpiritum mundi influit. Aurũ gratiã:a qua dicũtur gratioſi,& hilaritatẽ p omnia exhilarãtẽ benigniſſime infundit,timidis animũ ĩcõcuſſum addit,dubios firmat,errantes dirigit,labẽtes erigit,ex ignauis induſtrios,ex inertib⁹ ſolertes,ex balbutiẽtib⁹ explicatos,ex elinguib⁹ eloquẽtes,ex moroſis faciles,extardis prõptos,ex indoctis doctos,ex ſtolidis ſapiẽtes,ex vilibus claros,ex abiectis genero-

ſos videri facit. Alluſio vr̄ eſſe ad ꝓuerbiū: aurū colophoniū quod de auro puro. i. puriſſimo purgatiſſimoq; & ob id radientiſſimo dici ſolet.

Aurum à colore aurore dictum eſſe aiunt.

¶ Purius aurū: purū vocant quod eſt excoctum ac purgatū. Plinius aurū cæteris metallis p̄ſtare dicit quod igni nihil ipſius depereat: & quāto ſæpius arſerit, tanto magis ad bonitatem proficiat, & nitidius ſit: de hoc Pinda. inquit. id eſt,

Aurum coctum omnem nitorem oſtendit.

Ordo. Fulgor. i. ſplendor. phœbæus. i. ſolaris. profert. i. emittit. quidem, certe. lumina. i. radios. clara. i. fulgidos & lucidos. aurū. i. auri metallū. eſt puri⁹. i. magis purū & nitidū, q;. &. micat. i. irradiat. ſplēdidius. i. rutilantius. ſolu. ſ.

Pauper.

Duri⁹ abiecto nihil eſt qđ paupe viuat.
Indig⁹ eſt pauper nil niſi triſte malū.

LVCIVS. ¶ In ſummo deſpicatu viuit paup,
Nil niſi triſte malū indigi pauperis eſt definitio.
Cōuenit illud Plautinum in trinūmo. Qui eget. parui eſt pretij, & illud Ouidianū lib. iij. amorū.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde genus, iudex, inde ſeuerus eques.

¶ Pauper abiectus dicit̄ vilis atq; cōtēpt⁹ a v̄bo abijcior. īdig⁹ a verbo īdigeo: eſt īdig⁹ cui deſunt neceſſaria ad viuēdū indigētia inopia. Plaut⁹ tñ Comicorum princeps ingitatem pro indigitate ſeu indigētia dixit: veluti Siſenna libro Hiſtoriarum tertio indulgitatem pro indulgētia vſurpa-

uit: vide Marcellum.

☞ MAVAVS. ¶ Alludit ad illud puerbiale dictū de paupertate: paupertas malorū est panegyris: id est pauper omnib⁹ malis agminatim ingruentibus subditus est: ac velut asinus inter simias tractat⁹: cūctis ludibrio est: cū autem omni ætati sit grauis, præcipue tamen senectuti, Vnde Menander. id est. Pauptatē ferre & senectutē est difficile. idē de eadē scitissime ait. id est. Nullum paupertate grauius est onus.

☞ Durius. Durus quādoq; per transiationē est laboris patiens. ac tolerans. Vergilius. Scipiadas duros bello.

Solo namq; labore deorũ ĩmortaliũ bona (q̃ sunt virtutes scientiæ gloria decus) cõparari, ipsiq; homini cõmunicari possunt. Cum is igitur labor solum sit tantorũ bonorũ pretium: quanto maiorẽ laborẽ adhibueris: tanto plura maioraq; animi & ingenij bona tibi parabis. sic em̃ Hercules monstrorũ domitor. i. malorũ & vitiorũ ꝑ orbẽ expugnator ĩclaruit. sic alij vel gestis, vel literis nobilitati sũt: ĩ alio ꝟsiculo alludit ad illd̃ Ouidianũ.

Non iacet in molli veneranda sciẽtia lecto.
Ipsa sed assiduo parta labore venit.

Quod em̃ Ouidius speciatim de sciẽtia Faust⁹ generatim de omni gloria sententiam effert.

Cleonęo. Cleone oppidum est iuxta nemæã syluã, vbi leo ab Hercule occisus fuit: vñ cleonę⁹ id est herculeus.

Fama. pro gloria hic fama, tãquã pars ꝑ toto ponitur. Est em̃ gloria, teste Cicerone, frequẽs de aliquo fama cum laude,

Viuida fama pro ĩtegra & perfecta hic dicit̃.

Ordo. fama. i. gloria, alta. i. egregia, sũma: q̃renda est. i. acquiri debet. labore. i. per laborem, Cleonæo: herculeũ & maximũ: fama. i. gloria, viuida. i. integra & perfecta, non venit. i. nõ parat̃, ex thoro id est ex quiete, molli. i. effœminatos faciente, & est Metonymia.

Auarus.

Sẽꝑ eget, sitiẽs medijs ceu Tãtal⁹ vndis.
Inter anhelatas pauꝑ auarus opes.

LVCIVS. ¶ Velut ĩter aq̃s sitibund⁹ est Tã-

talus, sic inter opes paup est auar⁹. Bias prien⁹ apd ausoniū. qs dives? Qui nil cupiet. qs pauper? Auar⁹. seneca. Nō q parū habet, sed q plus cupit paup est. Tātalus ob filiū interfectū detrusus ad inferos siti & fame torquet vt est in tabulis poetarum. Est autē auarus qui *nimiū* cupid⁹ est pecuniæ, & auaritia habēdi cupiditas. Quidā a verbo aueo auarū deduci volunt. Alij tñ quasi auidum æris dictū putant est q̄ vocabulū nō simplex, sed iunctū, copulatumq;, vt docet Nigidius in cōmētariorū vndetrigesimo. vide. A. Gelliū lib. x. ca. quinto. Auarus ab auido distinguit. Nā Auarus semper in reprehēsione est: auidus autē etiā rerū est honestarū. Verg. in. ij. Georgicorū. Pascūtur oues, Auideq; iuuencæ. Salustius in catilinario. Laudis auidi pecuniæ liberales erant. Author est Nonius anhelatas opes *intellige que maximo labore*, & anhelitu parte sunt.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad fabulā tantali quā ī ouidio vide. itē ad puerbiū. Tātali pene. i. bonis abūdātes, & his vti nō potētes, qui optima vina asseruāt & vappā bibunt: crancido larido & oleribus se pascunt, ab omni esculēto paulo lautiore prorsum abstinētes: cū tñ pecunia sit hoīs causa comparata, non retrorsum. Et oīs pecunia sine suo vsu est inutilis. Horatius. qd̄ mihi fortuna est si non conceditur vti.

☞ Eget ꝟbū est cōueniēs pauperi. Sed quomodo dives & pauper egens: quia auaro tam deest qd̄ habet: quā qd̄ nō habet. siqdē habere, & in necessitate nolle vti: pinde est atq; nō habere & egere.

☞ Anhelatas. Anhelare est valde halare & spirare: vt faciūt q̄ mōtis cacumē cursu īscēderūt.

sed quia anhelantes rem assequi percupiunt, ideo anhelare pro ardenter cupere poni solet.

Ordo. auar⁹. i. pecuniæ cupid⁹ quasi eris auidus, paup. i. egens. i. in necessitate quesito vti nolens. Eget. i. necessitatẽ, habet inter opes. i. inter diuitias, anhelatas. i. ardẽter desideratas, ceu. i. tã quã Tantalus. ideſt ille diues damnatus: sitiens. i. sitim habens, vndis. i. in aquis: medijs. ideſt manifestis: & in procinctu positis.

Inuidus.

Inuidia perpetuis vrit p̃cordia flãmis,
Incedens fausto sors aliena pede.

LVCIVS. Torq̃tur inuid⁹ & flãma seu q̃dã ardore cruciat ꝓpter fœlicẽ alteri⁹ ꝓditionẽ. huic argumẽto cõuenit illud Horatij lib. epistarũ. j. epist. secũda. Inuidus alterius rebus marcescit opimis, i. fertilib⁹ & fœlicib⁹, inuidiã tñ vitare quasi ĩpossibile est. Nã vt ait Valeri⁹ lib. iiij. Titulo de amicitia. Nulla tñ modesta felicitas, que malignitatis dẽtes vitare possit. sors aliena cõditio alteri⁹ ĩcedẽs succedẽs. pede fausto, felici successu, vrit, ꝓterit vexat ardere facit flãmis ꝓpetuis ĩuida p̃cordia, ĩuidẽtis pect⁹ & mẽtẽ. Nã vt author ẽ Periander. Quẽadmodũ erugo ferrũ, sic ĩuidia aĩam illi⁹ i q̃ ineſt cõterit. Est aũt ĩuidia alienę felicitatis dolor. Fitq; ab ĩuideo. Alij actũ ĩuidẽdi ĩterp̃tãtur. ĩuidẽtiã vo egritudinẽ aĩ dicũt. q̃ ꝓpter res secũdas alteri⁹ suscipitur. lege Noniũ. Plutarch⁹ in libro de odio & inuidia. inuidiã ait solis ineſſe hoĩbus, odium vero in brutas animantes cadit. Oui. toruos oculos, & aciem obliquã dat inuidie. Quæ

vt ipſius verbis vtar non fruitur ſomno, vigilãtibus excita curis. Sed videt ĩgratos, intabeſcitq; videndo ſucceſſus hominum. Carpitq; & carpitur vna. Apuleiꝰ lib. iiij. Metamorphoſeos inuidię noxios oculos appellat.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad ꝓuerbiũ illud Horatianũ. Optat ephippia bos piget: optat arare caballꝰ. i. mortales ĩ hoc errore cõſenuerũt: vt aliena magis mirẽtur, ſua ꝓ nihilo faſtidiãt. ortũ huiꝰ ꝓuerbij & aliorũ ĩ cõmẽtariolo adductorũ videbis ĩ familiari paræmiarũ declaratiõe. Duplex eſt ĩuidię genꝰ alterũ qđ fit cõcertatiõe artis, alterũ qđ decertatiõe maiorũ vl̃ operũ vel honorũ. priꝰ vtile & pulchrũ: poſterius turpe & ꝓnicioſũ eũdẽ ſenſum effert aliud ꝓuerbiũ. inimicus & inuidꝰ vicinorũ oculus. i. vicinus vicino. artifex artifici inuidet: eiuſq; proſperitate cruciatur.

☞ Vrit: vrere per tranſlationẽ eſt vexare cruciare, inuida, hypalage eſt.

☞ Incedẽs, metaphora ẽ a feliciter ꝓgrediẽtibꝰ

☞ Pede: ꝓ Metonymiã pedem ꝓ curſu ponit: effectum pro efficiente.

☞ Ordo. ſors aliena. i. fortuna aliorũ: ĩcedẽs. i. ꝓcedẽs & proſpere cedẽs: pede. i. curſu fauſto. i. felici: vrit. i. vexat cruciat: flãmis. i. ardoribus & tormentis: perpetuis. i. aſſiduis, prȩcordia. i. animos, inuidia. i. inuidorum.

☞ Fortuna.

Vitrea dũ ſplẽdet vultu fortuna ſereno:
Protinꝰ in vili fracta recũbit humo.

¶ Lucꝰ. Nihil ẽ fortũa mutabiliꝰ. iuueñ. ſatyra

tertia. Ex humili magna ad fastigia rerū extollit quoties voluit fortuna iocari. Ouidius ī epistola briseidis ad achillē. An miseros tristis fortuna tenaciter vrget Nēpe dat, & quodcūq; luget fortuna rapitq;, Hirº & est subito q modo Cresº erat. Decētissime igiť fortunā vitreā vocat. i. fragilē. Estq; alluſio ad vitrū qđ modo splēdicat, & pulchrū est statim tñ infringiť, cādidū oui ad mixtū calci viuę glutinat vitri fragmēta vt scribit Plinio lib. xxix. capite tertio. hoc trāseūter īseruisse placuit, & in hanc digressionē diuertisse iucundū vť verū ad fortunā redeamº. Ea definiť accidētiū rerū subitus atq; inopinatº euentus. hæc a veteribus dea credita est, variis casibº humana deludēs. *Iuuenalis. Te facimº fortuna deā, cæloq; locamº.* Tabula Cebetis fortunā ostendit sup lapidē rotū dum cōsistētē: esse cæcam: surdā, & insanam quæ oblandulans aliis facultates eripiat, aliis tradat, rursusq; ab eisdē illico auferat, idcirco in rotundo lapide cōsistere fingiť, qm̄ instabilia sunt eiº munera: a fortuna fortuno as. deriuať, est q̄ ꝓsperare & bonis augere. Cicero ad Curionē. tibi prīmoniū disfortunā. vide No. Fortunę diuitię: & fortunatim aduerbiū ꝓspere & fœliciter. Fors & fortuna hoc distāt, fors est casus tꝑalis, fortuna dea ipsa Author idē Noniº. Ordo est. Dū fortuna vitrea. i. fragilis: splēdet arridet vultu sereno facie leta, ꝓtinº statī: recūbit iacet, fracta euersa & immutata in humo vili sordida, fortunę īstabilitatē quodā versu nostro sic depinximus.

Quantum præpetibus subridens euolet alis.
Immutetq; cito vultus fortuna serenos.
Testantur veterum prędara palatia regum.

Nunc æquata solo testaturque caput orbis.
Immensi fuerat manifestis Roma ruinis.

☞ MAVRVS. ¶ Hæc quinq; districha ad fortunã faciũt, cui⁹ numẽ dixerũt oĩpotens esse. Verũ in primis est variabilis. Ideoq; de subita cõmutatione ac fragilitate ipsius, hoc distichon est. Fingit aũt fortunã sup globosum saxũ stantẽ esse vitreã: alludendo ad naturã vitri, qđ quidẽ tũ lucidum tum fragile est. Vult igiť dicere fortunã qñque arridere, vultu fauorẽ ꝓmittente: sed statim post: eãdẽ aduersam & mutatã abiectissime iacere Et ita alludit ad prouerbiũ, omnium rerum vicis situdo est. i. rebus humanis nihil est perpetuum & stabile: sed in omnibus omnia subĩde mutantur, idque mirabili inconstantia. Quanto namq;, teste Aristotele, maior est fortuna, tanto minus secura est, ac violentius ruit.

Fortuna mesum est ꝟbũ. Siquidẽ bona & mala dicit. In plĩ ꝟo ꝑ facultatib⁹ & diuitijs sumit.

Vultu duplici vultu aspiciebat fortuna, dextro & lęto, qñ ꝓspera: sinistro & tristi, qñ aduersa

Protinus aduerbiũ est tẽporis statim post futuri: quo ingens fortunæ mutabilitas declaratur.

Ordo, dũ fortuna. i. dum dea fortunæ, vitrea, ideſt fragilis: splendet. i. arridet: vultu sereno. i. lęto & prospero, recumbit. i. iacet, fracta. i. aduersa & mutata protinus. i. statim post, in humo. i. in terra, vili. i. abiecta & contentibili.

Amici fortunæ.

Agmina: q̃ nitido credis fidissima cœlo.
Nube sub obscura terga fugata dabunt.

☞Luci⁹. ¶Dū ſueptūt opes facile paranť amici, Sed ſi fortuna aduerſať, p̄cipitetq; in imū quos in ſummū eduxerat, deſunt amici. Cōſimile eſt illud Oui. li. iſ. de arte amā. Donec eris fælix multos numerabis amicos. Tēpors ſi fuerint nubila: ſolus eris. Aſpicis vt veniūt ad cādida tecta colūbe: accipiet nullas ſordida turris aues. Horrea formicæ veniūt ad inania nunq̄. Nullꝰ ī amiſſas ibit amicꝰ opes. Ordo eſt. Agmina: cætus hoīm. Quę credis fidiſſima: fideliſſimas. Cælo nitido trāquillo & adſpirāte fortuna, dabūt terga fugata expulſi & ſeparati amicitia tua: erūt nube ſub obſcura: rebus aduerſis obſcuris difficilibus & contrariis.

☞Maurus. ¶Deſcribit falſos amicos. ℵa nāq; amicitia ex virtute: falſa ex vtilitate naſcitur. Et alludit ad illud Ouidianum.

Tempore fœlici multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.

In vtroq; diſticho ſiťitudo à tpe capiť, qā qdē ſerenū, pſperā: tēpeſtuosū ℵo aduersā deſignat fortunā. ¶Alludit etiā ad ꝓuerbialē ſñam. viri infortunati ꝓcul amici. i. vulgares amici ꝓſpero tēpore hirūdinū ritu aduolant ſed aduerſo reuolant Cui cōuenit Cice. illud. vt aurū igne, ſic amicitia fidelis aduerſitate ꝓſpiciť ℵba ī ordīe declarabūť Ordo. Agmina. i. cętꝰ amicorū: q̄. i. q̄s credis. i. putas: fidiſſima. i. valde fideles eē, cęlo. i. tpe nitido. i. ꝓſpo: dabūt terga. i. te fugitabūt: fugata. i. infugam verſi, ſub nube obſcura. i. intempeſtate. i. in aduerſitate ingruente.

☞Seruandus modus in vtraq; fortuna.

Ne dextra elatū videat, fractūve ſiniſtra:
Adſit fortunæ certus vtriq; modus.

¶ Lucius. ☞ Docet modū. i. modeſtiam ſeruandam, tū in ꝑſperā, tū inaduerſa fortuna. Cui cōuenit Periander philoſophꝰ īquiēs apud Auſoñ. Si fortuna iuuat: caueto tolli: ſi fortuna tonat: caueto mergi. Plau, īpen. Modꝰ oībꝰ rebꝰ optimꝰ eſt habitu. Nimia oīa exhibēt negociū hoībꝰ ex ſe Hora. li. ij. Odarū, æquā memēto rebꝰ in arduis: ſeruare mētē nō ſecꝰ in bonis ab inſolēti tēperatam lætitia moriture Deli. Ordo: Ne dextra ſup. fortuna: videat te elatū, ſupbientē: ve, vel ne, ſiniſtra videat te fractū, victū & ſuccūbentē. Certꝰ modꝰ. i. tēperantia adſit vtriq; fortunæ. Senſꝰ eſt in omni fortuna vtendū eſt tēperantia & modo.

☞ Maurus. ¶ Admonet hoc diſtichō inter vtranq; fortunam bonā: & malam oīno mēſuram eſſe ſeruandā. Socrates eñ in media proſꝑitate iuxta ac aduerſitate, eadē ſemꝑ vultus & frontis cōſtantia ꝑſtabat, neutiam q̄ eñ vel proſperitate efferebaſ vel aduerſitate frangebaſ. At in aurea mediocritate, q̄ tranqlitatis eſt veſtigiū: immutabiliter ꝑſiſtebat. Alludit ad aureū illud prouerbiū: dimidiū plus toto. i. aurea mediocritas in omnibus, & ab omnibus, ſemper & vbiq; ſeruanda eſt: nec ad extrema, quæ ſemper vitioſa ſunt: ne tranſuersū quidem vnguem declinandum.

☞ Dextra. latini dextrū per tranſlationē ꝑſperum & propitiū dicunt: q̄ ſcilicet proſperitatem & auxilium ferat. Contra, ſiniſtrum quicquid eſt aduerſum & noxium, cætera in ordine.

☞ Ordo. Dextra. i. proſpera fortuna: ne videat ideſt ne conſpiciat, te elatum. i. te ſuperbum & inſolentem, ſiniſtra. i. aduerſa fortuna, ne videat in quā te fractum. i. abiectum ac deſperantem, mo-

dus.i.mẽsura,mediocritas,certꝰ.i.cõstãs,adfit,i, adhibeť:vtriꝙ fortunæ.i.prosperæ & aduersæ.

Aduersa fortuna toleranda.

Perfer Blyssæo sortem de more siniſtrã;
Hæc bene duranti sub pede victa iacet.

¶Lucius. ☞Exẽplo Vlysis aduersam docet ferendam patienter fortunã. Fuit plurima passus. Vlysses post excidiũ Troiæ. Nã multos annos errauit,famulatusꝙ fuit mulieribus & deabus, vt testes sunt Ouid. & Cicero li.officio.ſ. Constanter igiť ferenda est sors aduersa. Nã vt ait Seneca tragædia secunda. Nemo confidat nimium secundis nemo desperet meliora lapsis.

¶Ordo. Tu perfer sortẽ fortunã:siniſtrã, aduersam,de more Vlysseo,pro more,vlysis qui constantiſsimus & patientiſsimꝰ fuit. Hæc,ſ.sors siniſtra:iacet victa,vinciť:sub pede bene durãti.i. ad finẽ vsꝙ ad patientia & magnanimitate pseuerranti. Vlyssæus adiectiuũ à noĩe vlysses. Fuit hic filius Laertę regis ithaces,vñ à Laertiꝰ cognominatꝰ est:& Ithacꝰ ab Ithaca ĩsula in qua regnauit & Dulichiꝰ ab ĩsula Dulichia q̃ in illiꝰ regno habebať. Vlyssem Homærus virum sapienti facundia prædituꝫ, vocem mittere ait nõ ex ore sed ex pectore. Vide Aul.Gel.libro.ſ.cap.xv.

☞ Maurus. ¶Duplex est sub fortuna militia, prior eorũ q̃ gñosiſsimi & fortiſsimi sũt aĩ posterior eorũ q̃ molliſsimi & ignauiſsimi: priorẽ hoc diſticho describit,& sequẽti posteriorẽ. Virorum igiť gñosiſsimorũ aliſ fortunã fortiter piclitanť, res arduas difficiles ac laborioſas aggrediẽtes,qbꝰ ſane res semp̃ prospere cedũt,his enim ipſa fortu

na maxime indulgentẽ ac velut parentẽ se ꝓstat. Vnde passim decantatũ est prouerbiũ: fortes fortuna adiuuat. Alij ☞o fortunã: labores & dolores quãlibet fortiter sustinẽt, tolerãtq;. Et hi aĩo plane heptaboeo. i. inuicto, forti: laborũ q; tollerãtissimo fortunã superant & calcant, de his prouerbiũ illud circunferẽt: ad quod sane hic allusum est alter Hercules: de eo dici solitum: q vim fortunæ fortissimo ac durãtissimo animo ꝓpetereẽt, quales fuerũt pauci: quouis tñ honore dignissimi. Hercules, Vlysses, Aiax, Theseus, Cleãtes philosophꝰ &c. priorẽ animi gñositatẽ Philosophi magnanimitatẽ, posteriorẽ fortitudinẽ appellarunt.

☞ Sub pede. Alludit ad illas imagũculas: victorum pedibus calcatas: qualis est Herodis sub pedibus, scilicet Ioannis baptiste: &c.

☞ Ordo. O vir fortis. s. perfer. i. perfecte tolera, sortẽ. i. fortunã, sinistrã. i. aduersã. de more. i. iuxta morem & exemplũ. Vlyssæo. i. vlysis, hæc fortuna. s. victa. i. supata & domata, iacet. i. prostrata manet: sub pede. i. sub potestate, bene duranti, constanter perseueranti.

☞ Aduersis succumbens.

Casibus aduersis fracta q mente recũbit
Fortuna ignarat dextetiore frui.

☞ LVCIVS. ¶ Sensus est. Qui rebꝰ aduersis succũbit, in ꝓsperis modũ tenere nescit. Difficile aũt est ĩter aduersantis fortunæ insultꝰ modestiã seruare. Nã vt ait Cicero lib. ii. de Diuina. Nihil tam contrariũ rationi & constantiæ, quã fortunæ.

Vñ interrogatus. Chilo qd esset fortuna. Ignar⁹ inquit medic⁹: multos em̄ excęcat, ille dicit̄ fracta mente q nō forti & cōstanti est aīo. Recumbit hic ponit̄ pro succumbit. Dexter: à quo dexterior & dexterrim⁹, interdū significat eū qui dextræ partis est. Aliquando aptū & cōueniētē, vt hic capit̄ fortuna dexterior. i. aptior Dexteritas ip̄a est aptitudo. Dextre aduerbiū apte: veteres dextimū & sinistimū pro destro & sinistro vsurparunt, vt ex Nonij Marcelli assertione deprehenditur.

☞ MAVRVS. ¶ Ignouissimorū militiā hoc disticho oñdit: quorū alij p̄ meticulositate, segnitiæ: ignauia: inertia, atq; mollitię nihil hoīe laudeq; dignū aggrediunt̄, his ob id oīa īfeliciter cedūt his etiā fortuna in oīb⁹ merito nouercat̄. Et protritis dicterijs vbiq; pessime audiūt: vñ sunt illa Salmacis potor: ignauis semp̄ feriæ sunt: mulieris podex &c. Alij v̄o audaciuscule res honestasca pessunt: sed fortunæ grassanti & oppugnati. i. aduersitati facile cedūt: hi sane oēs neutrā fortunā, vel p̄sperā vl̄ aduersā regere ac moderari nesciūt Recūbit. Re ī cōpositiōe qñq; retro signat, vñ hic recūbere dr̄: q reb⁹ aduersis q̄si retro victus cedit. Ordo. Ille. s. q recūbit. i. vict⁹ cedit: casib⁹ aduersis. i. fortunæ aduersæ, & hoc dico: mēte fracta. i. aīo effœminato & velut derelicto: ignorat. i. nescit frui i. ad delectationem vti, fortuna dexteriore. i. fortuna prospera: & est cōparatiuū pro positiuo.

Hypocrita.

Ne pura explicitæ credas sub imagide fronti.
Raptorem occultat pellis ouina lupum.

☞Lucius. ¶Docet non fidendū diſsimulatoribus: nam diſsimulatio quæ Græce dicit hypocriſis, grauiſsimū eſt ſcelus. Hinc ait Tullius in lib. de Amicitia. Aperte odiſſe: vel amare: eſt magis ingenii: quā fronte occulta re ſententiā. Quadrat & illud protritū. Odi virū duplicē natū: bonum ſermonib⁹: inimicū autē morib⁹. Aug. xij. q. j. c. Certe ego nolo habere hypocritas, malum enim eſſe quis neſciat? Malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum.

¶Ordo. Ne credas, fidas fronti explicitæ: apertæ frōti eſt nulla fides: ſub imagine, ſub ſimplici demonſtratione & figura. Raptorē occultat. Tāgit apologū quo lupus pellē ouinam induiſſe refert. A lupo meretrices lupæ appellatæ ſunt, qā vt illi ciborū, ita hæ vel libidinis vel quæſtus appetētes ſunt, & lupari: ſcortari: atq; meretricari eſt, Frons explicita à verbo explicor qā interdum denotat explanare: atq; oſtendere. Imago pura: munda, & ſine ſorde eſt: hinc pura veſtimenta à veterib⁹ dicebāt, quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant.

☞MAVRVS. ¶Hoc diſtichō eſt luſū in hypocritas ſanctimoniæ ſimulatores. Et alludit ad puerbiū. Paries dealbatus, i. veritatis & ꝓbitatis ſimulator. i. oīno fict⁹, fucat⁹, & aliā int⁹ occultās aliā extra ꝑ ſe ferēs. nā ſtoicū plane logī: epicurū ☧o p oīa viuit: ꝑterea oī cultu & habitu ſctīmoniæ ſpeciē foris oſtentat. intus ☧o peſsima flagitiorū ac turpitudinū monſtra delitеſcūt. Legim⁹ Chriſtū nō aliud vitiū publicitus adeo execratum fuiſſe & dānaſſe q̄ iſtā fallaciſsimā hypocriſī. Nā nō hoībus tm̄ ſed deo etiā pluſq̄ oculatiſsimo imponere nitit. Santius ſane ac ſacri⁹ foret, eos tales

esse quales videri ꝓcupiunt: q̃ retrorsum: hypocrisis enim (dū sanctitatē ementit) nomine duplici. i. iniquitate & simulatione peccat, ait Augusti. Sed de hoc Erasmū in adducto prouerbio lege. Videt etiā alludere ad apologum de Lupo suo ouillo vellere ouis simplicitatem simulante.

Hypocrita, ab hypocrino. i. simulo dicit quasi simulator, fingit em̄ aliā personā quā sustineat

Ordo. Ne credas. i. ne fidem habeas. fronti. i. vultui explicite. i. aperto: subimagine. i. sub apparētia: pura. i. simplici & bona. Nā. s. pellis ouina. i. vell⁹ ouis. i. simplicitas extrinseca: occultat intus abscondit: lupū. i. animal notum. i. animū, raptorem. i. malum & pernitiosum.

Idem.

Exteriora gerit q̄ simplicis ora columbę
Interiora vafræ pectora vulpis habet.

Lucius. ¶ Dissimulator est q̄ columbæ simplicitatē præ se fert, animū vero vulpinū. i. dolosum habet. Colūba animal simplex, & pudicū Cō iugis em̄ fidē nō violat: vt ait Pli. li. x. c. xxxiiii. Vulpes aī al astutissimū: inde ☞ bū vulpinoris. qđ est fraudulēter agere. De quo vide Noniumin lib. de ꝓprietate Sermonū. A columinibus appellatæ sunt colūbæ, vt obiter retulit. M. Varro li. iij de Agricolatione. ca. vij. Propter em̄ naturalē timorē summa loca in turribus aut tectis in q̄bus nidulent, captare solēt. Veteres aūt columina culmina apperrauerūt. Albert⁹ magnus à notissima salicitate vocatos putat colūbos (q̄m lūbos colūt)

hoc

hoc est lasciuiã exercẽt, & venerẽ stimulãt. est em̃ in lũbo libidinis domicilium. idẽ Albertus scribit palũbes appellari, qđ parcãt lũbo. Sunt em̃ hebetissimæ & prope intermortuæ veneris: quod plane adtestaŕ Epigrãmatarius poeta. Inguina torquati tardãt hebetãtq; palũbi, Nõ edat hãc volucrẽ q̃ cupit esse salax. Qđ ꝟo colũba ardẽtissima sit & exercitata venus, colũbari verbũ effiguraŕ, quod est pruritũ colũbinũ imitari, & colũbatim ĩserere labra dicunŕ amatorculi dũ crebra exosculatiõe ĩ veneris satisfactiõe puellulas sollicitant.

MAVRVS. ¶ Literę sacrę simplices & ĩnocuos ouib⁹ & colũbis p̃sertim cõparant: dolosos ꝟo & noxios lupis, leonibus. vulpib⁹ ĩter oĩa volatilia dr̃ colũba maxime simplex esse, ideo spiritũ sanctũ oĩs simplicitatis & veritatis principẽ in spectaculis ꝑ eã rep̃sentari faciunt. Cõtra, ĩter oĩa terrestria animantia vulpes consutis dolis ac multijugis astutijs prædita est, quod pleriq; apologi docẽt: alia igitur similitudine ostẽdit hypocritã exterius simplicẽ apparere velut colũbam, sed interius dolosissimũ & pernitiosissimũ velut vulpẽ quãdã esse: quodquidẽ prouerbio q̃uis de alia re celebrato, planissime exprimitur, aurum suberatũ. i. extrinsecus apparẽs simplex & bon⁹, intrinsecus vero fraudulentus ac malus.

¶ Simplex metaphorice ver⁹ & syncer⁹ est, vt duplex fallax, vñ simplicitas. i. veritas & apta bonitas ac synceritas. simplex & vafer ãthitetũ faciũt

¶ Ordo, ille sup. q̃ gerit. i. præ se fert. ora. i. vultum & habitũ. exteriora. i. extrinsecũ. colũbe. i. illius animantis, simplicis. i. mitis, & innocui. habet. i. intus includit. pectora, i. animos & affectus,

interiora.i.intrinsecos.vulpis.i.animalis,vafrę; id est dolosi & fraudulentis.

Superbia:

Turgida vētosos imitata superbia folles,
Pascitur aerio corpus inane noto.

LVCIVS. ¶Sensus est.supbia est follib⁹ similis.Nā sicuti illi nil aliud p̄ter vētū continent sic supbia solo inani glorioſæ ventulo pascit,& delectatur.Sūt aūt folles instrumēta q̄b⁹ attrahitur vēt⁹,atq̄ emittit ad ignē excitādū. Anacharsis philosophus omnium primus folles repperit, vt scribit strabo libro Geographiæ septimo.

Ordo.superbia appositiue corp⁹ inane,imitata folles vētosos,plenos vētorū:pascit,recreatur:noto aerio.i.inani glorię vēto. Turgida supbia q̄ turgidū & inflatū reddit hominē. Dixit corpus inane p̄ appositionē:nā in corpore hominis delitescit,& sæpi⁹ cōtinet superbia. Dicta autem est supbia a supbio,quod est efferor,extollo:hinc superbiloquus qui superbe loquit:& supbiloquētia,superb⁹ sermo. Odibilis autē corā deo & hominib⁹ est supbia,vt legit Ecclesiastici capite.x. Hinc merito ī supbos exclamat Plin̄.li.vij.cap. j.īquiēs.heu demētiā existimātiū se ad supbiam genitos Oui.li.iij.de arte amādi. Odim⁹ īmodicos expto credite fast⁹. Veteres supbiter pro superbe dixerunt:vt properiter pro propere, temeriter pro temere,verecūditer pro verecūde, aliaq̄ hoc genus innumera. Vide Nonium Marcellum vbi agit de aduerbijs.

☞ MAVRVS. ¶ In describenda ventosa superbia, īsolētia, iactātia, arrogātia, cæterisq; id genus pestiferis aī portentis: bellissima vtūr similitudine, qua qdē significantissime vim superbiæ indicat. siquidē omnia inania turgescunt: eadēq; sine re fiunt ipsa retū in naturalibus tum in artificialibus maiora, aque, vmbra, æbulæ &c. narus, ardea &c. cutis hydropis, vter: ītē āpullæ grādia & sesquipedalia verba: similiaq;, corpore quidē magna videnť, sed referme sunt inania. Nil magis inane dicēdū est, quā vent⁹ qui quidē aer, & inane qddā a philosophis dicitur. Vt igitur follis vēto impletur, & huiusmodi inanitate pascitur. sic superbus & iactabund⁹ multiplici adulationis, ostētatiōis, vanitatis &c. vento turgescit, eoq; velut re inani pascit siqdē oīa inania dicūt ventosa bullataq;. Vnde vulgatū & ad rē faciēs prouerbiū est, bulla tæ nugæ. i. res ventosæ & inanes, qualis est superbia & arrogātia. Superbus ēm de re quā nō habet, vel qua indignus est, ex appetitu peruersæ celsitudinis superbit: quod si eandē habeat, ad iactātiam vsq; profert ac venditat. superbia igitur odiū, inuidiā, maleuolentiā, & contēptū, At humilitas fauorem, gratiam, beneuolentiā, & existimationem apud cælites & homines conciliat: de priore Solomonis tuba sic intonat Ecclesiastici. x. Odibilis coram deo & hominibus est superbia.

☞ Follis est instrumentum ad excitandū ignē, etiā vter & pellis flatu plena: ad hāc cōmodior est allusio. Vt ergo qcqd obtinet & emittit follis, vēt⁹ i. res inanis est. sic qcqd pectore gestat, & ore loquitur superbus: merus ventus alta tñ petens cēsēť.

¶ Pascor ē deponēs, ꝑ nutrit & sustinet, nā vētū

a folle tolle ipſum tũc corpus turgidum perit.

Noto. Eſt ſpecies ꝑ genere ꝓ ſynecdochen.

¶ Ordo. Supbia. i. īſolētia. turgida. i. īflatos reddens (eſt metonymia) imitata. i. imitās & referēs. folles. i. pelles. ventoſos. i. flatu plenas. paſcit. i. nutrit & ſuſtinet. noto. i. vēto iactātię, adulatiōis elatiōis, oſtētatiōis, faſtuoſitatꝭ &c. aerio. i. inani.

Venetus.

Plamoſa īſpiceres nudatũ corꝑa coruũ,
Reddita ſi veneto ꝑda latrone foret.

LVCIVS. ¶ Si q̄ ſuppilarũt reſtituerēt Veneti, nudi manerēt veluti coruꝰ, Coruũ aũt ꝑ cornicula poſuit q̄ alienis induta plumis, nuda tādē remāſit, dũ eas repetiſſēt cęterę aues, hīc cecinit. Horatius libro epiſtolarum primo.

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim.
Grex auiũ plumas, moueat cornicula riſum.

De venetis aũt duplex ē ſermo. Quidā eos a Gallis eiuſdem apellatiōis, originē traxiſſe memoriæ ꝑdiderũt. Fuerũt em̄ Veneti populi inter Celtas littora oceani Gallici incolētes. Aliſ ab Henetis q̄ poſt bellũ Troianũ cũ Antenore ſalutē cōſecuti, curſum huc e Paphlagonia tenuere, deſcēdiſſe affirmant. In qua aſſertiōe ſunt Titꝰ Liuiꝰ ſtatim ī principio ſui opis, &. M. Cato. vtrā q̄ quā retulimus opinionē ſcribit Strabo lib. Geographiæ. v. idē tñ li. iiiſ. ait ſe opinari eos originē habuiſſe a venetis Gallis. Venetia ipſa eſt regio quā Italiæ decimam ſcribit Plinius lib. iiſ. capite. xviſ.

¶ Ordo eſt. Si pręda, furtũ, foret reddita a Vene-

to latrone: inſpiceres vnuſquiſq; īſpicere poſſet: coruū nudatum corpora plumoſa, ſynecdoche figura vt albus pedem.

MAVRVS. ¶ Alludit ad vulgatū apologū de cornicula, itē ad hiſtoriā de legato venetorū: qui cū apud ſomnū pontificē cum aliſs legatis Chriſtianorū principū ſol⁹ variegato īdumēto cō ſpicu⁹ ſederet, de eo rogatū eſt, tum nō min⁹ vrbane quā vere reſpōſum: iſpm videlicet corniculā agre. ſi em̄ iſpe cū ſuo ſenatu, qcqd ex alienis potē tatib⁹ & ditionib⁹ occupat reddidiſſet: futurū eēt tādē, vt oīb⁹ potētatib⁹ (vt olī cornicula plum) nudareť & priuareť: q̄ alia ſit alluſio ad coruū, q̄ quidē ad venetū pertineāt, fateor ignorare.

Ordo. ſi præda. i. ſi rapina, foret. i. eſſet, reddita. i. reſtituta, latrone. i. a p̄datorib⁹ (eſt numerus pro numero p̄ ſynecdochē, & eclypſis ī defectu p̄poſitiōis) veneto. i. venetis, inſpiceres. i. q̄libet videre poſſet: (ſecūda p̄ſona p̄ quauis p̄ enallagē) corruū. i. & venetū tāquā corniculā nudatū. i. habentem ſpoliatum (eſt em̄ ſynecdoche) corpora. i. corp⁹ (numer⁹ p̄ numero per ſynecdochē). i. ſenatū & principatū ſuū (per allegoriā) plumoſa. i. variſ, plumis. i. vrbibus & potentatibus abūdantem. Nā reuera veneti multas vrbes ab aliſs prīcipibus tenent & occupant.

Ad Ceſarem Borgiam ducem Valentinenſem.

Aut nihil, aut Cæſar vexillo pīgis inani,
Pro magno fies Cæſare ſtulto nihil.

LVCIVS. ¶ Vexillum signū quo imperatores in exercitu vtunt: inde vexillarij & vexilliferi dicunt: qui ferunt vexillum seu signum. a quo etiā signiferi nominantur. Erant aūt in vexillo ducis valentinensis stulta hęc verba. Aut Cęsar, aut nihil. Quib⁹ significabat se velle Cæsaris triūphos æquare, aut p nihilo haberi. Faust⁹ autē irridēs eum ait. Quod pro Cæsare habebitur nihil. fuit hic dux Alexādri sexti pontificis maximi filius, qui eo temeritatis ad ductus est vt relicto Cardinalatu ad seculares potentatus bellicis se immiscēs insultibus rediit: vexila, ordinem exercitus, & vigilias inuenit Palamedes Troiano bello, vt scribit Plin. lib. vij. capite. lvj.

MAVRVS. ¶ Taxat arrogātiam ac stultitiam Cæsaris Borgiæ Hispani. Hic Alexandri sexti filius erat nihilo patri dissimilis siue vitam, siue exitum vtriusq; æstimes. Relicto cardinalino galero vxorem duxit: & dux Valētinensis factus est. Illum italiā bello tentantē scōmatis itali lancinabant: iste (inquiūt) armis cœlū territat: quod admodū magniloquus velut alter thraso, pterea minaciſſimus ac ferociſſim⁹ esset. itē iste, īquiūt, arrogantia gygantū laborat: quod scilicet nullis viribus, nullo consilio, sed temerare stulteq; rem tantam. i. imperium orbis apete molliretur. Et alius hoc distichon eiusdem sententiæ in eundem scripsit.

Aut nihil aut votis optabas omnia Cęsar.
Omnia deficiunt, incipis esse nihil.

Iste igit magnific⁹ Thraso, hęc verba (aut nihil aut Cęsar) in suo vexillo pīgi iusserat, quorū sens⁹ est, aut nihil ero, sup. aut Cęsar. i. orbis de-

bellator & monarcha. Verū tandē miserrime vitam finiuit.

☞ Ordo. O Borgia, sup. pingis. i. pingi facis in vexillo. i. in signo militari, inani. i. friuolo. & veri Cęsaris nomē non habēti. aut nihil, aut Cæsar. i. nihil memoria dignū gerēs: aut ero Cęsar. i. reb⁹ gestis clariſſim⁹ & imperator triūphantiſſimus, stulte. i. o demens. fies. i. eris. nihil. i. homo nullius pretiſ ac gloriæ. pro Cæsare. i. pro imperatore, magno. i. claro.

☞ Iuuenta.

Accēsa exardēs flāmata libidine pectus:
Labitur in cūctū ꝓna iuuēta nephas.

LVCIVS. ¶ Sensus est. iuuēta quæ amore ardet & ęstuat, facile labitur in omne vitium. Nam suapte natura iuuenilis ętas prona est ad malum. Horatius in arte poetica.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine cāpi:
Cæreus in vitiū flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus eris.

Iuuēta ipſa est ętas: iuuēt⁹ mō ętatē iuuenilē, mō frequētiā iuuenū denotat: aliqñ & ꝓ ipsa dea accipiť q̄ p̄est huic ętati. Hęc etiā iuuētas a nonnullis vocať. Ponitur q̄ nōnunq̄ ꝓ iuuenili ętate Lucreti⁹. lib. v. de rerū natura. Tū demū pueros ęuo florente iuuentas. Occipit. iuuentam multicupidā, a multiplici desiderio nescio qs Prisc⁹ author appellauit, iuuētam iuuenilitatē veteres dixerūt

Vide noniũ ĩ dictionũ differẽtiſs. M. Varro. ꝙnꝯ grad⁹ ætatis æq̃biliter putat eſſe diuiſos, vnũquẽ ꝯ. ſ. ꝑter extremũ ĩ ānos ꝙndecĩ. Itaꝯ prĩo gradu vſꝯ ad annum quartũdecimũ, pueros dictos, quod ſint puri. i. impubes. ſecundo ad trigeſimũ annũ aduleſcentes, ab aduleſcẽdo ſic nominatos. In tertio gradu ꝙ erat vſꝯ ꝙnꝯ & quadragĩta annos iuuenes ad pellatos, eo qđ rẽpublicã ĩ re militari poſſent iuuare. In quarto vſꝯ ad ſexageſimũ ānũ ſeniores vocitatos, qđ tunc primũ ſeneſcere corp⁹ ĩcipiat: ĩde vſꝯ in finẽ vitæ vniuſcuiuſꝯ ꝙntũ gradũ factũ, ĩ q̃ ꝙ eſſet: ſenex appellaꝝ, qđ ea ætate corp⁹ ſenio laboret. Hippocrates medic⁹ ĩ ſeptẽ grad⁹ ętatũ diſtribuit finẽ vitę vniuſcuiuſꝯ vide plura apđ Cẽſorinũ de die natali. ca. xiiij.

Ordo. iuuẽta flãmata pect⁹ exardẽs. i. habẽs pect⁹ exardẽs & inflãmatũ. libidine accenſa, amoris incẽdio. labitur, ĩcidit. prona, facilis ad malũ, in cunctũ nephas: & qđ ſentimus vt aperte expectorem⁹. Luxurioſa eſt & tãquã ſuperflua videꝝ epithetorum ſeges.

MAVRVS. ¶ Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt, ait Ariſt. Fauſt⁹ itaꝯ pri⁹ iuueniles mores, deĩde ſeniles deſcribit. Et hic alludit ad Horatianũ ꝓuerbiũ, iuuenari, qđ eſt iuuenes ĩcõſiderãti⁹, ĩcõſulti⁹, ac voluptuoſi⁹ oĩa agere: illa etem̃ ętas voluptatib⁹ & libidinib⁹ obnoxia, nil poti⁹ amat quã grẽcari (qđ aiũt) & deĩde ſi culiſſare. i. genialiter viuere: & deĩde ſcortari, libidinariꝯ, hęc ſunt in iuuenib⁹ prima vitiorũ rudimẽta ad alia maiora, niſi regerenꝝ, trahẽtia: ĩfinitę nãꝯ cupiditates iuuenilẽ fragilitatẽ ad ĩfinita vitia inuitãt & allectãt. Qđ ſi qd ſapientiæ ineſt

ſtatim cupiditatibus velut ignis è ligno viridi fumis obtenebraſ, ſuffocaſq; : ait Hier. ad Nepotia. Flammata pectus eſt ſynecdoche. Cætera ī ordīe.

Ordo. Iuuenta. i. ætas iuuenilis: prona. i. procliuis, flammata. i. inflammatū habens (eſt apheresis ſimplex pro compoſito) pectus. i. animū: exardēs. i. flagrantem, libidine. i. luxuria, accenſa, ideſt, iam incitata, labitur. i. facile ruit, in cunctū nephas. i. in omne vitium.

Senecta.

Prudentem exhauſto mentem pro robore defert
Matura & longa cocta ſenecta die.

LVCIVS. ¶ Loco viriū exhauſtarum, prudēs ineſt ſenibus conſiliū. Cicero ī ſenectute. Nō sūt in ſenectute vires, nec poſtulanť quidem vires à ſenectute, Et in eodē lib. Mens enim, ratio, & cōsilium in ſenibus eſt. Et alio loco. Temeritas eſt videlicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis.

Ordo. ſenecta matura & cocta lōga die, longo tpis tractu. Eſtq; trāſlatio à fructibus quorū acerbitas longa tpis inter capedine dulceſcit & excoquiť. Cocta ſenecta. i. cōdimento ſapientię lenita. Defert prudentē mentē: prudēs cōſiliū, & ſapientē deliberationē, p robore exhauſto: p deſtitutis viribus corporeis. Minuit certe corpis vires ipſa ſenectus, & vt ait Auſo. in ecloga de vita humana Obiſcit innumeris corpus lacerabile morbis. A ſene ſenectus ſenecta, & ſeniū deducunť eiuſdē fere ſignificationis. Veteres tñ ſeniū p tedio, & moleſtia poſuerūt: qā ſenes oīb⁹ odio ſint: vide Nonīū in principio ſui opis de proprietate ſermōis latini

Diximus nō pauca de ætatū gradibus: placet rursum Seruij Tullij Romani regis inferere sentētiā. Pueros ēm existimauit q minores essent annis septēdecim, ab annodecimoseptimo, ad annū quadragesimūsextū iuuenes appellabat: qā tunc Reipublicæ idonei essent. Supra id tēporis, senes vocabat. Autor est Tubero libro Historiarum primo & post eum A. Gellius libro. x. cap. xxviij.

MAVRVS. ¶ Alludit ad illud prouerbiale ac morale carmen Græcum.

ideſt. Vota, senū cōsulta virorū, & facta iuuentz. Ætates ēm alibi dimunitæ sunt: alibi valēt. Nihil ēm vndiq; btm̄. Iuuenes itaq; robur loco sapientiæ. Viri cōsiliū vice vigoris. Senes ꝯo sapientiā, & religionē pro robore obtinēt. Iuuenes itaq; facere, & senes cōsulere deosq; præcari debēt: quòd Plutarchꝰ pulchre exprimit. Maxime, inqt, seruat ciuitas, vbi cōsilia senū & iuuenū ꝓcellūt lancæ: in cōsilio sane senes principari: & iuuenes ancillari debēt qāquidē Apollineo oraculo iā olim ꝓceptū est, qā est tale: hūc ausculta cui q̄tuor sūt aures. i. senē: q sapientiā sibi propriā habet: audi argumētū senectutis à Cic. ī Cato maiore diuine tractatū est: & ab Erasmo carmine elegantissimo descriptū. Cocta. Coctā vocat senectā iā maturā & ad sapiētiā digestā formatāq; trāslatio est à fructibꝰ q sole excocti tū maturi dicunt, vñ prouerbiū est apud Gallos, Coctus ac recoctus est. i. ilex cuvt & recuvt, pro eo qā est sapientissimus est.

¶ Ordo. Senecta. i. senilis etas. matura. i. sapient. & cocta. i. ad sapiētiā digesta, die. i. tpe, lōga. ideſt, multo, defert. i. gerit, mentem i. animum: prudentem. i. sapientem: pro robore, ideſt, ꝑ viribus cor-

poteis, exhauſto. i. ætate conſumptis, & ita quod in vno perdit, in alio compenſat.

Ficus Gallica ad Io. Ruſeum.

Fertilis, attraras, gignit quas gallia ficus
Accipe. Nam raros non niſi rara decent.

Lucius. Raram ficū, hoc eſt excellentē, virū rarum & inſignem decere ait. Eſt aūt rarus a. um. excellens vt interpretatur Marcellus, nam omnia præclara rara ſunt. Rarus alias cōſuetudine infrequens: alias electum ſignificat. Vergil. in. iiii. Georgi. Hic rarum vidimus olus.
Ficus tam pro fructu quam pro arbore & ſecūdæ & quartæ eſt inflexionis: hic pro fructu accipitur. Veteres Latini ficum ſycū appellarunt: hinc ſycomorus fatua ficus, quæ & mariſca nominatur. Et ſycophanta à ficis edendis, mendax, cauilator: ſiue doloſus, & ſycophantia mendacium. Ficitatē fructum fici: vt oliuitatem fructum oleretiam nominarum, Inde & ficitores qui ipſum ficus fructū capiebant: aut comedebant. Vide Nonium Marcellum. Quas Gallia gignit. Gallia regio Europæ à candore populi dicta. Gala eſt lac Latine dicit. Nam montes & rigor cœli ab ea parte ſolis ardorē excludunt: vt Gallorum corpora nō collorentur. Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres: vt teſtis eſt Cæſar in principio ſui operis de bello Galli. Quarum vnam incolūt Belgæ, aliam Aquitani: tertiā qui ipſorum lingua Celtæ noſtra Galli appellantur. Vide ſtrabonē. libr. iiii. Coſmographiæ. Alii Galliā in Ciſalpinam: & Tranſalpinam partiunt

Cisalpina togata est: vt ostendit Plin. lib. iij. Trā: salpina ea est quā ex Iulio Cæsare in tria ppl'orū gña diuisimus. Celtica eadē Lugdunēcis, vt tra: dit Pli. li. iiij. c. xvij. inde ad Pyrenei mōtis excur sū. Aqtania q̄ à remotica añ dicta fuit vt idē tra.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad sñam prouerbia lē. Oē rarū præclarū. Oīs etenim raritas oīb⁹ ad: mirationi est, qđquidē & pretiū & excellentiā ad: dit: contra vilitas oīs contēptui passim habetur. Ficus ergo calidū solū amat. Et Francia quā hic Galliam vocat, regio frigidiuscula est: obidq; fic⁹ raro ibi nascunt: aut si nascant: raro matureſce: re cōtingit. Galliā ꝑ Frācia. i. totū ꝑ parte capit. Siqdē territoriū Parisiēse, & id soli q đ pl⁹ minus ad tricenariū miliare adiacet, Frāciā Galli dicunt

☞ Raras. Rarū est dēso cōtrariū. Sed ꝑ transla: tionē pro singulari & excellenti capit. Hieronymus. Rara est virtus, nec à pluribus appetitur.

☞ At, particula est aduersatiua: quā Vatell⁹, an xie tñ doct⁹, male cū verbo accipe ꝑ hyperbaton constituit. Nam cū ῥbo proprio gignit, ordinari debet: nō em̄ aliter sensum assequeremur, qñquidem raras ficus in Francia nasci dictum velit.

¶ Ordo. O Rusee. s. accipe. i. in cape, ficus. i. hos fructus quas. i. quos, Gallia. i. Francia: fertilis. i. oīm rerū ferax, gignit. i. produxit, at raras. i. ī ra ris locis crescētes gignit inquā. Nā non nisi rara, idest certe solū excellentia: decent. i. conueniunt, raros. i. viris præstantibus qualis es tu.

☞ Garrulus.

Extremū ad malū ꝑmo q̄ obtūdit ab ouo
Vitanda est mensæ garrula pica tuæ.

¶ Lucius. ☞ Hoïes. Locutuleios & impẽdio loquaces vitandos significat, alludit q̃ ad carmẽ Horatij quo reprehendit ille qui Troianã historiã inchoauit ab ouo Iouis immisso in sinũ Ledæ, quo conceptã helenã fabulæ ferunt. Ad extremũ malũ, ad extremã nauigationẽ, extremosq̃ laboresq̃s nauigando post Troiæ ruinam passus est Vlysses ☞ Ordo. Garrula pica, garrulus siue loquax hõ quæ obtũdit, fastidit, ab ouo p̀mo ad extremũ malũ à longa narratiõe qualis erat ea quæ ab ouo Helenæ Troianũ hystoriã cõtinebat vsq̃ ad vlysseos errores, sit vitãda: fugiẽda tuę mẽsæ. Est aũt pica garrula & loquax auis. Martialis libro. xiij.

Pica loquax certa dominum te voce saluto.
Si me non videas, ecce negabis auem.

Nõ prorsus in pertinẽs videbit si adiecerim⁹ oua ob longa gratioris esse saporis. Author est Horat. Faccus in lib. sermonũ secundo, & post eũ Plini⁹ lib. x. ca. lij. Versus Horatij inserere placuit.

Longa quibus facies ouis erit: illa memento,
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis.
Ponere namq̃ marem cohibent callosa vitellum

☞ Maurus. ¶ Hæc tria distycha ad linguã ptinent. Primũ hoc admõet garrulã lĩguã esse vitãdam, scãm docet nostrã esse arcẽdam. Tertiũ x̊o quã bona malave sit lĩgua. Alludit ad pythagori cũ puerbiũ. Hirũdinẽ sub tecto ne habeas. i. impendio loquaces & garrulos ne admittas. si qdem apud alios hirũdo: apud alios pica symbolũ ẽ garrulitatis: sũt em̃ minime canora voce, sed tedioso molesto q̃ stridore. Verũ poëta ad fabulã de neuẽ Pieri filiab⁹ ob loquacitatẽ à musis in picas x̊sis respexit. Oĩs itaq̃ battalogia & multiloquentia

præterquã qđ eſt tediosa, etiã piculoſa eſt: loquacitas em̃ ſtultitiæ ſymbolum erat, vt igit gladius in manu furioſi, ſic lingua in ore ſtulti præſentaneũ periculũ eſt. Plura hic de lĩgua & garrulitate adiſcerẽ, niſi admonerer hoc argumẽtũ diuinie de lĩgua oĩa, ab Fraſmo recẽter in ope pſcriptũ fuiſſe. In ꝑmo ☞ſu exprimit prouerbiũ, ab ouo vſq; ad mala. i. à principio cõuiuij ad finem vſq;, olim em̃ conuiuia ab ouis incipiebant, & à malis finiebant. Quo circa Vatell⁹ alluſionẽ male explicuit.

Malum genus eſt pomi vulgo notum.

Ordo. Pica. i. hõ loquax, garrula. i. ☞boſ⁹, q̃. i. q obtundit. i. conuiuas multiloquio faſtidit & offendit: ab ouo primo. i. in principio cõuiuij appoſito ideſt, à principio cõuiuij: ad malũ, extremũ. i. in fine appoſitũ. i. vſq; ad cõuiuij finẽ: vitãda eſt. i. vitari & arceri debet, menſæ tuæ. i. à menſa tua.

Dentes.

Natura oĩparẽs dentes formauit acutos.
Ne vaga, ſed clauſtris lingua ſit arcta ſuis.

LVCIVS. Dẽtes natura formauit ad linguã cohercendã nenimis effluens & vaga fit qđ tãgit Homærus. Aſt vbi iam magnã fundebat pectore vocẽ. Dentis clauſtra tui vox qualis nata reliqt. M. Cicero lib. de Oratore. i. ſtultã & inanẽ dicẽdi copiã grauiter & ☞e deteſtat⁹ eſt. Quid em̃ inqt, tam furioſum q̃ ☞borũ vel optimorũ: atq; ornatiſsimorũ ſonit⁹ ĩanis, nulla ſubiecta ſña, nec ſcẽ tia. Cũ ꝑmis aũt. M. Cato attrociſsim⁹ huiſcemodi vitij inſectator fuit: vide Gelliũ li. i. c. xv, natu

ra oĩparens cõuenienti epitheto dicit̃, parit nanq; oĩa. Naturæ summã vim diues & præpotens regnũ vocat. Val. Maxi. lib. ij. c. i. Quàm interpretationẽ omiserũt interpretes. Ne vaga. i. ne leuis & futulis: & incõstans sit. Nã dicere solebat. Bias Nolo cito loqui est em̃ insanie indicium. Vide D. Laertiũ, sit arcta, sic cohibita & restricta suis claustris. Claustrũ in pl'i tam masculini quã neutrius est gñis pro loco in quo quid claudit̃. Apud antiquos clostra pro claustra dicebant̃. A lingua, lĩgulaca: suntq; lingulacę, verbosi: qua dictiõe vsi sũt M. Varro, & Plautus in Cassina. vide Nonium.

☞ MAVRVS. ¶ Cõmendat̃ hic rariloquentia, virtus sane principibus ac sapiẽtibus in p̃mis digna: miræ igit̃ naturæ solertiæ per oĩa obsecundari debemus, quæquidẽ duas aures: & vnam linguam dedit: vt plus audiremus, minus loqueremur. Aures extinsecus plus paratas ad audiendũ locauit: linguam ꝟo labijs & dentibus tanq̃ claustro & vallo munitam inclusit, hãc tardiloquẽtiã, & lingiæ tẽperamentũ autores variis figuris descripserũt: alij capta similitudine ab ostio & sera vt Cassiodorus. Ori tuo facito ostiũ & serã: & verbis iugũ atq; staterã. Alij à vinculis: vt A. Gell. Linguã (inq̃t) debere aiũt nõ esse liberã nec vagã, sed vinclis de pectore imo, ac de corde aptis moueri & quasi gubernari. Alij thesauro: vt hesiod⁹ Lĩgua ait: nõ vulgãda est: sed vt thesaurus recundenda Cuius quidẽ gr̃a in promendo plurima est, modesta, parca, & modulata sit, Alij ab electione rerum vt August. sicut, ait, eligis quo vescaris, ita eligas q̃d loquaris &c. Faustus autẽ à claustro. i. à loco quo quid retineri & cohiberi solet: dentes enim

præcipue anteriores, vt q̃ sũt acutiores, tanq̃ valli, linguam à diffluẽdo cõtinent. Nã lingua maxime mobilis est, & oratio ipsa res leuissima: qñ verba velut allata facile euolant nunq̃ reuolatura. Tutũ igit silentij præmiũ, vt in prouerbio est. ¶ Ordo. Natura. i. deꝰ oĩ parẽs. i. oĩm rerũ opifex formauit. i. fecit: dentes acutos. i. acumen habentes. Ne lingua sit vaga. i. soluta, & garrula. Sed sit arcta. i. retenta & cohibita: claustris. i. clausulis, suis. i. propriis.

Lingua.

Quid melius lingua? lĩgua q̃d peiꝰ eadẽ?
Tristia cum dulci toxica melle gerit.

LVCIVS. ¶ Nihil melius lingua quæ nihil peperam effutit: nihil item peius ea quæ suo maledicentiæ vomitu atq; veneno omnia infecit, sordidat: turpificat. Hesiodus.

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.

Præclara est sña prouer. cap. xiij. Qui custodit os suũ. i. linguam custodit aĩam suam. Cõuenit & illud Senecæ in lib. de moribus. In hoc inqt: incũbe vt lubentius audias: q̃ loquaris. Auribus frequentius vtere q̃ lingua. Qui nescit tacere, nescit loqui Pittacus Mytileneus apud Ausoniũ. Loqui ignorabit: qui tacere nesciet. Toxica melle gerit. Si qs sub taxo dormiũ: cibumve capiũt: moriunt. Sũt qui & taxica hinc appellata dicant venena q̃ nũc toxica dicimus: author est Plin. lib. xvj. c. x. Tristia cũ dulci. Sẽsus est: lĩgua ĩportuna detractiõs toxica blãdo sermõi ꝓmiscet. a melle melleꝰ & mellitus adiectiua deducunt vt mellea & melita oꝛo

MAVRVS. ¶ Alludit ad prouerbiū ſimul & ſcriptum Biantis: lingua quo vadis? erectum vrbē. & eandē denuo ſubuerſura Hic rogatur lingua, eadē viciſſim reſpōdet. nā lingua eſt vtiliſſima: ſi quis ea bñ vti pergat, rurſum eſt pernitioſiſſima. ſi quis male vtatur. Bias Damaſidi AEgyptiorū regi iubenti, vt qđ eſſet optimū in victima, mitteret: līguā reſectā miſit, cū hoc ſubſcripto eulogio, optimū & peſſimū victime. Iacobus apoſtolus linguā clauo. i. gubernaculo nauis cōparat. Vt em̄ clauis minima pars totā nauem aut ſeruat, aut euertit. ita lingua minimū hominis mēbrū, totū ip̄m hoīez, aut ſuat, aut euertit. Quicquid ſane rerū bonarum vel malarū in orbe geritur: lingua fit auctore & perſuadente.

¶ Toxica. Latini toxicum dicunt venenū a taxo arbore p̄ſentiſſimi veneni. p metaphorā toxicū maledicētiā ac p̄ſuaſionē ī malā rē vocat, vt mel bñdicētiā, & inductionē ad vtiles & honeſtas res.

Ordo. Quid eſt, ſup. melius. i. vtilius lingua benedica & p̄ſuadente in bonū. quaſi dicat, nil. i. lingua benedica & ad bonum perſuadēs eſt, quiddam optimum & vtiliſſimum. Quid eſt ſup. peius. i. pernitioſius, eadem lingua maledica & ad malum impellenti. ſup. quaſi dicat nil, id eſt, lingua maledica & ad malum perſuadens, eſt quiddam peſſimum & pernitioſiſſimum. lingua ſup. gerit. id eſt portat ſecum. toxica. id eſt venena maledicentiæ. triſtia id eſt. triſtes efficiētia. cum melle. id eſt cum blandiloquētia. dulci. id eſt, ſuaui: blandiloquentia quidem apud omnes & vbique mellitiſſima eſt: nec ſolum hominibus ſed diis quoq; ſuſpecta.

Fides.

Aurea quã ſancto coluerũt ſęcula ritu:
Aut nulla, aut noſtro eſt tpe rara fides.

LVCIVS. ¶Inuiolata fides quã priſca colue-runt tẽpora, nũc nulla eſt. Vnde iam illud Teren-tianum ĩ Andria vere dici põt, Nulla in re eſt cui quã hominũ fides. Neq; differens eſt illud Vergi-lij hemiſtichion in quarto æneidos. Nuſquã tuta fides. Quãta ꝯo diligẽtia fidẽ obſeruarint veteres Romani ex lectiõe Valerij, Ciceronis & cæterorũ hyſtoriographorũ, Attilij quoq; reguli exẽplo ſa-tis colliquet. Fũdamẽtũ iuſtitiæ eſt fides, dictorũ conuentorũq; cõſtãtia & veritas vt ait Cicero li-bro officiorũ primo. Eſt igit fides ſeruanda. quod etiã dignoſcit ex lege qui fidẽ. ff. de tranſactioni-bus aurea ſecula, intellige ętatẽ aureã. Aurea aũt dicta eſt quod cæteris pręſtantior fuerit ſicuti au-rum reliqs anteponit metallis. hoc tu cognoſces ex lectione Quinti Fabij pictoris. veteres fidẽ fi-deitatẽ dixerũt, inter quos Actius in mirmidoni-bus. vide Nonium marcellum.

MAVRVS. ¶Alludit in prĩo verſu ad prouerbiũ, attica fides. i. ſyncera & integra fides. Nã dea fides apud atticos religioſiſſime colebat. Attici etiam erga Romanos ſyncerę certęq; fidei fuerũt, reſpexit tñ ad integerrimã fidẽ aurei ſe-culi, quo quidem nulla omnino improbitas erat. At nr̃i tpis fides plane eſt punica fides. i. ſumma poti9 perfidia, plena omni improbitate, periurio, vanitate, adeo vt nihil magis: propterea nil aliud

inter mortales videas quam bella, discordias, lites, rixas, odia, iurgia, contumelias. sane fides teste seneca sanctissimum est humani pectoris bonum, fouende hominum communitati apprime necessarium.

¶ Ordo. fides. i fidelitas (q̄ est vera ꝯmissorū executio vel dictorū veritas & obseruātia) quā fidem s. secula. i. hoīes (cōtinēs ꝑ cōtento) aurea. i. aureæ & īnocuæ ætatis: coluerūt i. obseruarūt, ritu i. more & instituto. sancto. i. inuiolato. aut est nulla. i. oīno extincta. aut est rara. i. a paucis custodita, nostro tēpore. i. in præsenti ętate.

Homo.

Quid gen⁹ affectas vitā mortale perēnē,
Cū sis momēto bulla caduca breui.

LVCIVS. ¶ Stultū est vitā postulare īmortalē. Cū hō ipse fragilissim⁹ sit īmo tā q̄ bulla statī euanescit & emorit, hō bulla est, iā ī ꝓuerbii vsū trāsiit. Tractū q̄ est ex lectiōe. M. varronis lib rei rusticę. i. cap. i. Cōuenit illud Iob cap. xiiii. Hō natus de muliere breui viuēs tpe replet multis miseriis. Qui quasi flos egredit, & cōterit, & fugit velut vmbra, & nūquā in eodē statu ꝑmanet. Non ab humo hō dicit vt Varroni placet, sed ab .i. cōcordia. Est em̄ hō oīm animaliū maxime sociabilis. homonim⁹ eiusdē noīs. Nā similis. Bulla, turgiditas seu tumor aq̄ q statī euanescit. Caduca ꝑ casura & peritura. ponit breui momēto breui tpe, vita perēnis ꝑpetua quasi oīm annorū. perēnitas æternitas, perenniter, æterne, perēno as verbū quasi perpetuum ago.

MAVRVS. ¶Exp̃ſſa eſt alluſio ad puerbiũ, hõ bulla. i. vita hoĩs eſt fragiliſſima, fugaciſſima, maxime q̃ inanis: p̃pterea reb⁹ maxime inanib⁹ fragilib⁹, ac momẽto durantib⁹, vt vmbre, ſomnio, flori, rori, bullæ &c. cõparaſ. Verũ quia bulla ferme ſimul enaſciſ & euaneſcit: ideo locũ puerbio ad rẽ ſignificãti⁹ exprimẽdã dedit.

Quid, interrogatio eſt ad aſſenſum vrgens.

Affectãs, affectare proprie eſt cũ affectu & anxie quærere: oẽs quidẽ omnia ſolicitiſſime q̃rũt, quibus vitam conſeruent prolongent q̃.

Bulla eſt tumor quidã inanis, q̃ ſup aquam naſciſ ſtatĩ peritur⁹, vñ bullare. i. bullas facere.

Caduca, dictũ vel q̃ ſtatĩ cadãt & pereãt, vel q̃ cadere faciãt. hic priore modo capiſ, non aũt p̃ futuro: vt vult Vatell⁹: ſic em̃ exp̃ſſior & euidẽtior ĩdicaſ fragilitas: q̃ nõ ĩ futurũ caſur⁹ ſit hõ, immo iã abſq̃ expectatiõe cadat & pereat: vt em̃ lumen cãdelæ, ſic vita hoĩs momento extinguiſ.

Ordo. gen⁹. i. o homo mortale. i. mori ſubdite: q̃d affecta. i. cur tam anxie queris (q. d. id ſtulte facis) vitã perẽnẽ. i. p̃petuã & ſemp duraturam (nullus em̃ adeo ſenex eſt) ait Cicero (qui non adhuc diẽ ſeviturũ ſperet) cũ ſis bulla caduca. i. res euidentiſſime periens: momẽto breui. i. tempore ſubitaneo.

Mors.

Clã venit orta metẽs æq̃ mors oĩa falce,
Hinc habet ĩcertã neſcia vita diem.

LVCIVS. ¶Mors q̃ inopinato ſuccedit oĩa delet, vincit, amputat, Horati⁹ libro prĩo odarũ

ad sextiū. Pallida mors equo pulsat pede pauperū tabernas, Regūque turres o beate sexti. & in arte poetica. Debemur morti nos: nostraq. Regū cap. xiiij. oēs ēm moriemur: & quasi aqua dilabemur sup terrā Hieronym⁹ ad Heliodorum. Xerses ille magn⁹ rex potētissimus q̄ q̄ subuertit mōtes maria cōstrauit: cū de sublimi loco infinitā hominū multitudinē & innumerabilē vidisset exercitum, fleuisse dicitur. Quod post cētū annos null⁹ eorū quos tūc cernebat sup futur⁹ esset. Fingit mors a poetis falcē habere qua oīa amputat. Huic scilicet quia clā venit mors, vita nescia. i. ignara futuri. habet diē scilicet fati & interit⁹ incertā, dubiā. Nescit ēm homo qua hora sibi moriēdū sit. Beat⁹ Augustin⁹ in libro de disciplina christiana ait vltimū latere diē: vt obseruentur omnes.

☞ MAVRVS. ¶ Hęc duo disticha sunt de morte. in hoc priore alludit ad illā sentētiā, Fatū homini simul certū simul incertū est Quęq dē innuere videt nil esse morte certi⁹: nil tñ hora mortis incertius. Nā clancularie & sine delectu vnū quemq inuadit, eadē q falce q̄ quis diuersis periculis oīa rapit. Huc facit Horatiana sententia debemur morti nos nostraq, mortalia facta peribūt.

☞ Metēs, metere est vindemiare siue vuas siue segetes. sed p trāslationē etiā est colligere, āputare, rapere, p̄dere. Mors ēm a mordēdo dicitur, q̄ oīa mordeat, periphrases ipsius sunt, priuatio vitæ, separatio animæ a corpore, animæ corporisq̄ dissolutio &c. & ita nil aliud est q̄ nomen.

☞ Ordo. Mors metēs. i. rapiens & p̄dēs, falce. i. sua vi, æqua id est ex æquo in oēs seuienti: omnia orta id est cuncta humana, venit. id est accedit,

clam, occulte & latenter: hinc .i. ex ea causa: vitæ nescia .i. futurorū ignara: habet diē .i. tempꝰ mortis: incertam .i. dubium & incognitum.

Mors haud timenda.

Tēsa qd horrescis missurā spicula mortē,
Nō mors, sꝫ passi est meta suꝑma mali.

LVCIVS. ¶ Mors timēda nō est, nā neq; malū est sed meta & finis mali passi. & vt ait Horatiꝰ lib epistolarū prīo. Vltima linea rerū est. Fingit autē a poeta habere tela in nos tēsa & vibrata, a dictiōe mors mortalis morti subditus, morticinꝰ, exinguis, corruptꝰ, vt caro morticina. Mortem scriptores bonā appellāt, qm̄ finis est erūnarum, & reqes malorū vt. M. Cicero latissime explicat in tusculanis q̄stiōibꝰ, inde a poetis dr̄ mors bona Valeriꝰ Flaccꝰ. Miserere parētū mors bona: & vt inquit Plinius lib. septimo. cap. l. Ex oībꝰ bonis q̄ homini tribuit natura, nullū meliꝰ tē pestiua morte. Preterea mors bona dici pōt, quod neminē fallit: neminē preterit: nec huic magis quā illi gratificat. sed æqua lance cūctos tollit. Cū mors sit requies malorū, nō pauci extitere q tedio vitæ sibi manu ꝓpria necē cōsciuerūt, ob erūnosam vitā finiēdā. Liberiꝰ mortē adeo leue suppliciū putabat vt mori volētibus vim adhibuerit viuēdi, vt cū audisset vnū Carnuliū noīe anticipasse eā exclamauerit, Carnuliꝰ me euasit, & p̄cāti cuidā pœne maturitatē rīderit, nōdū tecū in gratiā redi. scribit Aug. ī prīo de ciuitate dei maiorē animū merito dicēdū qui vitam erūnosam magis potest ferre quam fugere. Plinius lib. ij. cap. lxv. exisli

mat terrã venena genuisse misertã nostri, vt ĩ tedio vite facillimo veneni haustu extingueremur nullo labore, similes sitiẽtib⁹. hĩc accipimus magnos ĩpatores habuisse venenũ sub anulo, & in prõptu vt mortẽ oppeterẽt sine cruciatu ĩ rep̃ desperatiõe. Nõ mors ẽ supple malũ, sꝫ meta mali.

☞ MAVRVS. ¶ Admonet poeta mortẽ minime timẽdã esse: cũ ꝑ eã non in dolores & miserias eatur: at malorũ oĩm finẽ secum importet. Quare manifeste allusum est ad illud prouerbiũ, mors extrema linea malorũ est. i. mors miserias calamitates & erumnas humanas terminat.

☞ Spiculũ a spicarũ specie dicitur. Nã in summo latera stricta habet, vt spica.

☞ Ordo. quid. i. cur, perhorrescis. i. adeo times. quasi dicat. stulte facis, mortẽ, missurã. i. emissurã (est apheresis) iaculaturã, spicula. i. suum pilũ (est synecdoche numer⁹ pro numero) tensa. i. in te tensum & directum: mors, non est malum sup. sed est meta suprema. i. terminus vltimus, mali passi. i. omnis doloris iam tolerati.

☞ Seruus.

Quis nõ seruili dñs fraudatur ab arte?
Prodigiũ seruus grande fidelis erit.

LVCIVS. ¶ In seruis modicã esse fidelitatem inqt. Hinc si qspiã fidelis inuenit̃ loco: mõstri habend⁹ est. Maiores vero oẽm dominus inuidiam oẽm seruis contumeliã detrahentes: dominũ patrẽ familias, seruos familiares appellarũt. nitẽdũ est igit̃ vt poti⁹ nos colãt nr̃i serui, quã timeant.

Nam non potest amor cum timore misceri. Hinc prouerbiū, tot hostes, quot serui: verū illos nō habem⁹ hostes, sed facim⁹, cū in illos supbissimi, cō tumeliosissimi, & crudelissimi sum⁹. Vide ad hoc plura apud Macrobiū libro Saturnaliū prīo. Capite septimo. Est autē seruus q dño alieno contra naturā iuris cōstitutiōe subijcitur. Diminutiuū seruulus, adiectiuū seruilis a quo seruiliter. serui aūt ex eo appellati sunt. Qā īperatores captiuos vēdere iubēt, ac p hoc seruare, nec occidere solēt. Qui etiā mancipia dicti sunt ea qā ab hostib⁹ manu capiantur. Auctor est Florētin⁹ in lege libertas. ff. de statu hoīm, & iustinianus, siue gs p eo: in. §. serui autē. de iure psonarū libro institutionū prīo. Suetonius Tranquill⁹ in iulio cæsare seruū a manu vocat, cui⁹ opa vtebat ī epistolis aliisq; libellis qs ipse dictabat scribendis. Veteres quoq; seruū a pedib⁹ dixerūt quo vtebātur ad iter. Trā quillus alibi seruos amanuēses appellat q scribę sunt Hoc pretereūdū nō est qā quos a pedib⁹ diximus vocati veteres dixerunt circumpedes: vñ ait Agretius, circumpedes sunt obsequia seruorum, antepedes amicorum.

MAVRVS. ¶ Manifesta est allusio ad puerbiū Quot seruos habem⁹: totidē habem⁹ hostes. i. seruis aliisq; q nos metu colunt, nequaquā fidēdū est. Sqdē seruilis anim⁹ nūquam dñm ex aīo diligere queat, vt q nō parū timeat: ideo quodā velut naturali planeq; nouercali odio ipsum habet. Et certe oīa seruilia & illiberalia seru⁹ ęter nū cogitat facitq;. Homer⁹ fingit iouē seruis dimidiā mentē ademisse: nō mirū igitur si integro animo, sanoq; affectu nō sunt, propterea ex mul-

tis millibus non reperitur vnus ad fidele dominorum obsequium comparatus.

☞ Arte, alludit ad dolos, & fraudes, quæ etiã artes dicuntur: quibus abunde instructi sunt serui.

☞ Prodigiũ miraculũ est qcquid pręter solitum naturæ cursum cõtingit, qđ qdẽ rarũ est: iõ pondera vim verbi, fidelis seruus rar⁹ est: id em̃ cõtra seruilem naturam est, quare miraculum est &c.

☞ Quis non: signum est generale pro omnis.

☞ Ordo. qs nõ dñs. i. oĩs dñs fraudat. i. decipit ab arte. i. fraudulento ministerio: seruili. i. seruorũ. Seruus fidelis. i. fidem dño seruans, erit grãde ꝑdigiũ. i. res rarissima & plane miraculosa, quòd quidem protrito prouerbio Galli sic dictitant.

☞ Vxor dignitatis nomen
non voluptatis:

Noĩa sepositа veneranda libidine gestat:
Quã iunxit casto copula sancta thoro

☞ Lucius. ¶ Vxor nomen dignitatis est. Nã digna res est coniugium siue matrimoniũ à dño em̃ institutum fuit: ipse quoque nuptijs interfuit in Chana galileæ. Easq; miraculo cõmendauit aqua in vinum conuersa. Vide plura apud sententiarum doctorem libro quarto distinctione. xxvj. capite primo: secundo, tertio: & quarto. Vxor autẽ dicitur ab vngendo quasi vnxor, fuit enim veterum consuetudo, vt Plinius ait libro. xxviij. capite. ix. Vt nouæ nuptæ mariti domum intrãtes axungia postes vngerent. Est autẽ axungia adeps suillus inueteratus cum sale, Putabant em̃ mala

oīa ab ea domo arceri propter innumeras axūgiæ vtilitates impressas ei à radicib⁹ qb⁹ sues vescunt Ordo est illa supple quā sancta copula iunxit casto thoro, hoc est q̄ iuncta est viro ꝑ matrimoniū: gestat noīa veneranda, hoc est habet nomē venerationis & dignitatis. Nā ratione mr̄imonij vxor appellat. Est aūt mr̄imoniū sacramentalis & ecclesiastica institutio, seposita libidine, expulsa voluptate. Nā nō voluptatis est nomē vxor, sed vt diximus, dignitatis: ab vxore vxorius qd̄ modo significat aliquid ad vxorē pertinens: vnde de re vxoria quosdam scripsisse legimus: interdum ꝟo vxorius ille intelligimus q vxori dedit⁹ est. Vergilius. Pulchramq; vxorius vrbem Extruis.

✳ Maurus. ¶ De re vxoria sunt hæc disticha, hoc quidē de dignitate nominis, vxor: alterū de causa faciendi celebrandiq; matrimonij. Igit vxor nomē est dignitatis: quare nō ad lusum & voluptatē sed ad honorē & dignitatem haberi debet. Dulcia sunt dignitatis noīa. Altera eorū: q in re publica magistratus gerūt: vt rex, episcop⁹, iudex. Altera eorū q īceconomica versant, vt pr̄, mr̄, pr̄familias, dn̄s &c. Vtrisq; personis, earūq; nominibus, honorificētia & obseruantia debet, porro nomen vxoriū œconomicū est: quòd quidē magis cœleste quā humanum, item magis religiosum quā prophanū veteres etiā censuerunt. vxor nanq; ab angendo dici tradunt, quòd dum noua nupta mariti domum intraret axungia postes vngerent: sic em̄ omnia mala à domo depellit credebant: vel quòd à iungiæ multiplex ꝟtus à radicibus, quibus sues vescuntur, proueniens, hoc facere: vel quod ea religionis vis esset. Magnum est coniugij sacramē-

tum & per oĩa amabile: vt quod non in hoc mundo sub humana sorditie, sed in terrestri paradiso, sub sancta innocentia factum est: Quod nõ ab homine, sed à deo patre ad sacrosanctam humanę sobolis propagationem institutum: arcana & cœlesti quadã rõne coniuges inter se vinculis adamantinis coniungit, fouetq;. ex quo fit, vt apud plerosq; ppl'os rei vxorie appellatio sit ĩter cõiuges honorifica, charitate ac dignitate plena: veri honestiq; amoris in primis consiliatrix suum igitur maritũ vxor suam vxorem maritus, tanquã gratioso iuxta ac mystico sacratoq; nomine vocitat. Cõtra nomen concubinarum, amicarum, amatorũ &c. pręterquã quod est voluptuosum. etiam infame censetur. Tu coniugij laudes apud Erasmum in matrimonij encomio vide.

Dignitas, excellentia est. vel quicquid ꝑ merito cuiquã debet: vel honor magistratui debitus qñq; etiã ipse magistratus: nomen igit dignitatis in hoc loco est nomẽ honoris & excellentiæ.

Ordo. Vxor, sup. quã copula sancta. i. matrimonium sanctum, iunxit. i. cõiunxit, thoro, idest in lecto, casto. i. pudico, gestat. i. fert, nomina. i. nomen vxor (synecdoche numerus pro numero) veneranda. i. veneratione dignum, & hoc dico libidine. i. omni turpi voluptate, seposita. i. exclusa & remota.

VXOR OB SOBOLEM ducenda.

Vxor habẽda venit, nõ vt saturata libido
Sed sit in æterno aucta propago dies.

Lucius. ¶ Ducenda vxor non gr̃a voluntatis, ſed progeniei. Ab vxore aũt dicit̃ mr̃imoniũ quaſi matris muniũ. i. officiũ. A mr̃e q̃ vxor eſt ſic mr̃imoniũ vocamus: nam mulier magis officioſa eſt circa prolẽ, vt oñdit Thomas in. iiij. ſententiarũ: diſtin xxvij. q. j. articu. j. Eſt aũt matrimoniũ viri & mulieris cõiunctio: indiuiduã vitæ cõſuetudinẽ continẽs: vt habet̃ lib. Inſtitutio. j. ℌ. nuptiæ: de patria poteſtate. Per matrimonium itaq; mulieres honorib⁹ & rudijs maritorũ corruſcant, erigunt̃, ſplendicãt, vt ſcribit vlpian⁹ in. l. fœminæ. ff. de ſenatoribus. Accedit huic ſentẽtiæ lex, mulieres de incolis lib. Codicis. x. Sed cur fœmine nuptæ clariſsimis p̃ſonis, clariſsimarũ p̃ſonarũ appellatione cõtinent̃? Hoc nẽpe fit: nã vir & vxor cenſent̃ vnũ & idẽ corpus, vt in. c. debitũ extra de biga: &. iiij. q. iij. c. idonei. ſaturata libido *ideſt carnis voluptas. Eſt em̃ libido* gñale nomen ad oẽm cupiditatẽ: quãuis vſitatius vſurpet̃ pro generaliũ voluptate. Author eſt. D. Auguſt. lib. xiiij. De ciuitate dei. c. xvj. Propago p̃paginis p̃ gñe vſurpat̃. Verg. Sit Romana potens Itala vir tute propago. Sunt q̃ vxoriæ cõtubernalitati cælibatũ prætulerũt. Inter quos Anthiſtenes Athenienſis qui interroganti cuiuſmodi vxorũ duceret reſpõdit. Si formoſam duxeris, cõmunẽ es habiturus, ſi deformẽ, pœnã. Indignũ certe Philoſopho rñſum: cui ſi parent oẽs, ſtatim euertere⁊ humani generis multitudo. Neq; ſapientẽ opinaret tam impudice locutũ: niſi hæc à Laertio referrentur in lib. de Vatis. vj. A. Gel. tñ lib. v. c. xj. hoc inſolẽs dictũ Bianti philoſopho cõtribuit. Rogatus quoq; Diogenes (vt idẽ Laertius ſcribit) q̃n

esse vxor ducenda: Iuuenibus ait nondū, senibus ꝯo nunquā. Consultius multo respondit, Menedemus vxorē ducendā: vt testis est Laertius li. ij. In qua adsertione fuit etiā Metellus Numidicus, & Aristoteles q lib. Politicorū. vij. c. xvj. cōgruū censet puellas circa decimūoctauū annū nuptui tradere: masculos circa trigesimūseptimū, est igit ducēda vxor: ne p multiplices tēporariosq; amores nullo stabili proprioq; vinculo illigati: erratici ac volatici reddant iuuenes amatorculi. Neq; illud Horatianū approbam⁹. Nil ait esse pri⁹, melius nil cœlibe vita. Est vxor bona gubernaculū domus. Sētiendū cū Marco Cicerone: q lib. iij. de finib⁹. Cōsentaneū esse ait naturę, vt sapiēs velit vxorē sibi adiūgere. Diuin⁹ quoq; Plato ꝑcepit, vt vnusquisq; vxorē ducat, q ꝯo nō duxerit, pecunia mulctet atq; dedecore. Neq; his assentior q existimāt studia literarū impediri vxoris interpellationib⁹. Studia poti⁹ adiuuāt & reficiūt. Quid em̄ iucūdius: qd amœni⁹, q̄ dū olim Martia. Hortēsio. Terētia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, legētib⁹, meditātibusq; candelas & cādelabra tenuerint? Ex vetere Romanorū instituto vxores maritis: nec molere: nec coquinariā, facere opz, quę ministeria ꝑsus ancillaria sunt & seruilia. Nō parū multi sūt q vxores hñt nō vxores, sed vt ancillas: q impiosissimos dñs aq̄ūt nō maritos. Vñ fit sæpe vt oīs amor ꝯiugalis ī odiū exitiale ꝯtat. Solō (vt tradit Plutarch⁹) mr̄imoniis dotes sustulit, tres em̄ vestes & q̄dā pui empta vasa: aliud ꝑterea nihil nuptā secū ī portari iubēs Voluit aūt viri vxorisq; cōsortiū nō ꝑtio, ac mercede, sz liberorū charitate, gr̄a bñuolētiaq; cōiugi

MAVRVS. Causam ducendæ vxoris hoc disticho describit: quæ quidem est soboles. i. liberorũ procreatio & successio, qui igitur ob saturandam voluptatem ducit vxorem, ac subinde coit, is sacramento & matrimonio abutitur.

Soboles est multiplicatio liberorum, ac successio: ab olescendo. i. crescendo: vnde sobolescere idest, crescere & multiplicare. Propago vo naturaliter est vitis suppressa & dilatata. Callice prouein. & per metaphorã, seu pullulatio gen⁹ vt hic

¶ Libido est oĩs cupuditas, & ideo in definitionibus oĩm vitiorũ progenere recte sumit: qñ vo per se ponitur, tunc Venerea voluptas est: vnde libidinosus. i. ad libidinem inclinatus.

¶ Ordo. Vxor hñda venit. i. duci debet, nõ vt libido. i. turpis voluptas: satirata sit. s. i. satiata sit Sed vt propago. i. genus humanum, aucta sit. i. sobolescat & conseruetur, in æternos d es. i. vsq; ad perpetua tempora. i. vsq; ad finem mundi. Nam post finem mundi nullum erit tempus.

Curia.

Larga qdẽ magnos ꝓmittit curia mõtes,
Irrita sed rapidis verba feruntur aquis.

LVCIVS. ¶ Curiales multa repromittũt, pauca tñ ex promissis tenent. Larga curia appellat, qđ pollicitatiõib⁹ liberalis apparet. Magnos mõtes intellige rerũ cumulos instar montiũ. Verba irrita, improbata & inania. Est em̃ irritare, ĩfringere nec rarũ habere, vñ irritũ dicit quòd improbatũ est. Irritũ testamentũ qđ de iure inualidum est, vt si is q testat sit capite diminut⁹. Rapidis vo:

ba ferant aquis. Sensus est, frustra credit qđ curiales promittūt. Estq; poëtica descriptio: cui conuenit & illa Catulli: in vēto, & rapida scribere oportet aqua. Frustra nāq; signat, aut perforat aqua omnino post ictū coherens. Vñ prouerbiū erat apud antiquos. Aqua hæret cōtra frustra conātē. Huius pronerbij Cicero li. officio. iij. meminit. Ab aqua: aquor verbum quòd est aquam haurio, siue aquā fero. Curtius. Cū miles aquatū profectus esset. Aquatio, aquæ vectio. Aquilex: qui aquam colligit vt interpretatur Marcellus. Aquilegium: collectio aquæ. Aquagium, aquæ ductus quasi aquæ agium, vt Pompeio placet.

☞ Maurus. ¶ Hoc carmen est de vanis & friuolis curiæ promissis: alludit aūt ad prouerbiū: Aureos montes promittere: qđ est ingentia ac magnifica polliceri: sed ea minime præstare. Liberalitas quidē principalis, dicit virtus qđ principū maxime sit propria. Et principē dare petenti repulsam turpe & infame credit. Cū em̄ principes oīa possint: oīa possideant, oīb⁹ ad tuendā potentiā op⁹ habeant. Ideo fidem & conciliationem oīm captātes: omnibus omnia promittunt. Verum ipsi petaces ac doniuori sæpius falluntur, inanem tantū spem inde ferentes.

☞ Curia à cura dicit, & est locus vbi respublica, à magistratibus geritur: vt senatus &c. vel vbi princeps cū suis curialib⁹ est, aliqñ ipsa curialiū multitudo: vt senatus senatorū: sed est continens p cōtento: vnde curialis. i. qui est illius curiæ.

☞ Ordo. Curia. i. aula principis, larga. i. liberalis: promittit. i pollicetur, mōtes. i. munera. Magnos. i. ingentia, & magnifica.

Sed verba.i.talia promissa,irrita.i.inania, feruntur.i.effluunt,euanescunt:aquis.i.per aquas,rapidis.i.celeriter currentes.

Eadem.

Quã bñ cõueniẽs sortita est curia nomẽ:
A grauibus curis curia dicta venit.

¶ Lucius. ¶ Curia verũ & cõueniẽs nomẽ habet, nam curiales oẽs solitudinibus obnoxij sunt. Curiam aũt à cura dictam. Varro designat de vita patrũ libro.ij. Vt vero alijs placet à curo Curia nomen habet. Nam Romulus populum Romanum in triginta partes diuisit quas Curias vocauit. Nã huiusmodi curiæ Reipublicæ curam suscipiebãt. Curiarum duo genera apud Romanos erant. Nã locus vbi senatus Rempu, curat curia dicitur. Et vbi sacrorum cura tractatur curiam appellamus idest, vbi vel sacerdotes res diuinas, vel magistratus humanas curat Generaliter curia locꝰ est vbi publicas cura gerebant. Vide Festum & M. Varronem libro Latinitatis.ſ. vel vt producatur varronis testimonium in libro secundo de lingua Latina. Curia est vbi senatus Rempuplicam curat, Illa etiam & curia dicitur vbi cura sacrorum publica. Ab his vt idem ait curiones, suntꝙ sacerdotes. Inde sacra quæ in curijs fiebãt curionia Prisci nominauerunt, & curionũ æs dicebatur qđ dabatur curioni ob sacerdotium curionatus. Dionysiꝰ Halicarnaceus hos curiones signare videt dũ scribit in secundo duces curiarũ factos esse sacrificulos à Romulo imitato Græcorum consuetudinem.

☞ Maurus. ¶ Ab etymologia vocis curiæ cu-

ras

ras & miſerias deſcribit. ideo alludit ad illā triuiale ſed tñ nō ineptū carmē, Cōueniūt rebꝰ nomina ſępe ſuis. Cū curiales inter tot gnatones fumorum vēditores, inuidos, oblocutores, gloripetas, & huiuſmodi in fœliciter cōparatos, nō ſuis votis ſed alienis ſeruire coganť: miſerrimi certe ſunt. Omitto turpia obſequia, cæcutiētias, cōniuētias & cetera hmōi: ꝑterea tot metus, tot caſus, & tēpeſtates inopinatas, inſtabilia diuerſoria: iā tot crapulas. tam frequētes ꝓpotatiōes & comeſſatiōes: quibꝰ oībꝰ neſcias an ſerui dominis, an dñi ſeruis infeliciores habēdi ſint: hęc res prope infinita copioſiſſimū argumentū ſcribendi de miſeriꝭ curialium. AEnee Siluio, Hutteno & pino Toloſano dedit.

Cura dicitur quaſi coreda, quod cor edat: eſt enim flagrans in pectore ſtimulus.

Ordo. Quam bñ cōueniēs nomē. i. maxime verū & aptum nomen. curia ſortita eſt. i. adepta eſt. Curia venit. i. ortū hz. dicta. i. denominata. a grauibꝰ curis. i. a magnis ſollicitudinibus.

Pax.

Securꝰ placida mūdꝰ ſub pace qeſcit.
Trāquillū eſt ſūmi pax opus alma dei.

LVCIVS. Secure & fœliciter viuit mūdꝰ tēpore pacis. Vñ Cicero in Philippicis ait. Nomen pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris: pax eſt trāqlla libertas. Ouidius libro tertio de arte Amandi.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Bñ itaq; ſubiūxit, Tranquillū eſt ſummi pax opꝰ alma dei. Nā eā dare mundꝰ non poteſt. Tempo-

re pacis omnia secunda, & fœlicia sunt. Hinc Tibullus libro primo, elegia prima.

Interea pax arua colat: pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ:
Funderet vt nato testa paterna merum.
Pace bidens, vomerq; vigent &c.

Quãtũ frugifera sit pax ex eo cognoscere est qđ discordia maximę res, vt ait salustius: dilabunt. Et Matthei capite quinto. Omne regnũ diuisum cõtra se, desolabitur: & oĩs ciuitas vel domus diuisa, cõtra se nõ stabit. Mund⁹ igit̃ quiescit, quieti adsumit. secur⁹, trãquill⁹ & tutus. sub pace placida. i. tpe pacis placidę. Pax est op⁹ dei trãquillũ i. tutũ & amęnũ. Vergilius in. xi. Aeneidos pacẽ sequestrã posuit pro inducijs, hoc est pro pace tẽporali & media inter bellũ ꝑteritum & futurum. Anus stupri sequestra dicitur ab Apuleio lib. ix. de Asino aureo. stuprorũ conciliatrix, & vt vulgo dr̃ mediatrix. Cui⁹ fidẽ amatores in lenocinio sequunt. Nã notũ est sequestrẽ vulgo appellari eũ, cui⁹ electi fidẽ vtraq; pars sequit̃. A sequẽdo factũ est vocabulũ. Antiq; sculnã q̃si seculnã seqstrã etiã dixerũt, vt ostẽdit Lauini⁹ ĩ libro de v̄bis sordidis, & post eũ A. Gellius lib. xx. c. x. Per aduerbiũ dr̃ aliqd seqstro positũ qñ apud sequestrem deponitur, author idem Lauinius.

MAVRVS. ¶ Ludouic⁹ Rex duodecim⁹ sub quo Faust⁹ floruit, multis annis in orbe pacẽ fouit, q̃ qdẽ nihil optabili⁹, nihil poti⁹ mortales habẽt. Pax olĩ vergilio & Ouidio sub Augusto. pax Fausto sub Ludouico optĩo & maxĩo regea deo cõcessa est, de ea igit̃ est hoc distichõ. Nomen

pacis (teste seneca) dulce est, & ipsa res salutaris: pax est trāquilla libertas. Pax (teste Augustino) est serenitas mētis, trāquilitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, cōsortiū charitatis &c. Pax est donū dei, iustitiæ parens, phitatis amica, sapiētiæ alūna. Melior em̄ est (ait sapiēs) bucella sicca cū gaudio, quā dom⁹ plena victimis cū iurgio: pace cuncta vrgent ac florent, sine qua nulla prorsum in mundo fœlicitas est.

☞ Poeta verbis vtitur maxime propriis in describenda pace, quod in ordine vide.

☞ Ordo. Mundus, id est mortales (continens p contento) securus, id est expertes curarū. quiescit. id est quicte potiunt. sub pace, id est sub tranquillitate pacis, placida, id est miti & sedata. Pax alma, id est omnia fouens. est opus, id est munus, tranquillum effectiue, dei summi, id est optimi maximi.

☞ Bellum.

Perfurit, & totū miscet Mars impius orbē:
Heu diro inuēta est sub Ioue tāta lues.

LVCIVS. ¶ Bellorū furor, atq; seuitia omnia deuastat. Hinc bene exclamat Tibull⁹ libro prīo elegia. x. Quis fuit horrendos primus qui protulit enses. Quam ferus & vere ferreus ille fuit.

☞ Ordo, Mars impius, bellum impiū. In bello em̄ pietati nō est loc⁹. p furit, debacchat & miscet totū orbem, hoc est perturbat confundit, Est em̄ miscere confundere. Vnde vas mixtarīū dicitur

quo vinum aqua miſcem⁹. orbē mundū intellige qui orbis a rotūditate ſuę formæ nominaſ, vt tradit Plin. lib. ij. c. ij. Poſuit autē Martem pro ipſo bello Mars vero ideo vocitat⁹ eſt qđ marib⁹ ī bello p̄ſit, ſiue qđ a ſabinis accept⁹ eſt, apđ quos Mamers vocaſ. Veteres etiā Marſpitē, hoc eſt Martem patrē appellarunt. A poetis quoq; Mauors vocaſ. Ouidi⁹. ſic ego ſic poſita dixit mihi caſſide Mauors. Hinc Martius ſiue Mauorti⁹ dr̄, qđ aliqñ ſignificat q̄cq̄d ad Martē pertinet. Marti⁹ campus, qui Marti cōſecraus eſt, Martius mēſis. quoniā hunc Marti. Romul⁹ dicauit. Aliquando marti⁹ bellicū ſignificat vt marti⁹ furor. martia arma. martulus a marte diminutiuū eſt vt ſentit Caper. Heu diro inuenta eſt. hoc interſeruit. Nā iuppiter ſaturnū in italiam fugere cōpulit, vt docet maro. Tanta lues. tanta peſtis bellica.

MAVRVS. ¶ Poſtquā pacē deſcripſit, bellū paci cōtrariū aggrediſ: docetq; prīo hoc diſticho belli furias, & ingentes p̄turbatiōes, & qñ primo natū. ſecūdo crudelitatē & inclementiam. Tertio poſt victoriā victis, & captis nō eſſe ſęuiēdum. Primo igitur diſticho ait: bellū oīa turbat: oēs artes interrūpit: oēm tranquillitatē de medio tollit, oēm pulchrā ſpē extinguit, oēm ſecuritatē aufert. Nā peior eſt bello, timor ipſe belli: dumq; tonat, vniuerſos per orbē attonitos reddit. Nec fere tonare ſine grādinatiōe ſolet: tum em̄ cūcta p̄terit, deformat, diruit, vaſtat. iuppiter autē hanc indicibilē calamitatē, cū patrē bello fugaret, in orbē introduxit: ī quo alludit ad illā, ſi malū eſt in vrbe qđ nō fecerit deus. Triplex autē malū eſt ab irato deo in orbē miſſum, bellum, peſtis, fames.

Miſcet. Alludit ad furorē belli: miſcere nāq; eſt pturbare. i. ſine ratione facere: oſs autē furor & perturbatio rationem de ſuo cardine tollit.

Impi⁹. Bellū impiū dicit, vt quod nec ſacris nec prophanis, itē nec parētib⁹ nec alijs pietate & obſeruantia iunctis parcere queat.

Lues eſt corruptio tabifica, vt peſtis &c. ſed metaphorice pro malo ac pernicie ponit.

Diro. Quodcūq; malū crudele & infeſtum at deo miſſum vocāt dirū, quaſi deorū ira miſſum, dirum tamen aliquādo magnum eſt. Vergilius. Iā tū relligio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Et in hoc ſenſu capi debet.

Ordo. Mars. i. bellū (deus p re cui prę eſt) impi⁹. i. nephariū nulli parcens, perfurit. i. ingentes furias exercet, miſcet. i. perturbat. orbē. i. ſtatum orbicolarum. totū. i. per oēs partes. Heu dolentis eſt. tanta lues. i. tam ingens pernicies. inuēta eſt. i. initiū habuit. ſub diro ioue. i. tēpore magni iouis in patrem bellantis.

Inclementia bellica.

Nulla eſt ardēti miſerās clemētia bello,
Impetuoſa piū dextera neſcit opus.

LVCIVS. AEſtuāte bello nulla pietas, nulla clementia, nulla benignitas ſeruatur. Nulla igitur clementia miſerans quæ miſericordia ſiue miſeritudine vtatur eſt bello ardenti vehementi & concitato. Dextera impetuoſa. i. manus impetuoſi militis & ardenter inuadentis (ſignificat em impeto, inuado: vnde impetus, a quo impetuoſus

adiectiuū,) Neſcit opus pium, neſcit pietate vel benignitate vti. Miſerans participium eſt a verbo miſereor, quod actiuum habet effectum: ſignificatq; verbis, aut lachrymis, aut opere, dolorem quem ex alicuius miſeria habemus oſtēdere & cōſtruit cum actō. ſaluſt. in bello iugur. Eos multa pollicēdo ac miſerādo caſum ſuū confirmat. i. lamentādo. Hinc cōmiſereor, a quo cōmiſeratio, q̄ eſt ſignificatio miſericordię, q̄ ex alicuiꝰ infœlicitate ꝓmouemur. Legit etiā miſereor, ſed paſſiuū habet affectū: denotatq; cordis anxietatē ex alicuius miſeria. Vide. No. ī dictionū differētijs. A miſereor miſericordia q̄ eſt ęgritudo cordis ex miſeria alicuiꝰ iniuſte laborātis. Miſeritudinē ꝑ miſericordia ipſa, dixit Actiꝰ, vt teſtis eſt Marcelluſ. Miſeret īperſonale ſimili modo paſſiuū habet affectū ſicuti miſereor. idē eſt cū miſeret me illiꝰ, & miſereor illiꝰ. Miſereſco is, moueor miſericordia, & tam accuſatiuo quā genitiuo iūgit. ſtatiꝰ lib. ſ. Theb. Et generis miſereſce tui. Teren. in Hecy. Demū tā ægre tulit, vt ipſam Bacchidē ſi adeſſet credo cōmiſereſceret. Miſerator ille eſt q̄ opꝰ aliquod miſericordiæ exhibet in eū cuiꝰ miſeretur, fitq; a verbo miſereor aris.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad illā ꝑtritā ſententiā. Nulla eſt clemētia bello. Tāta q̄dē eſt belli ſemel incepti crudelitas & fœuitia, vt nō alioquorū ꝑcibꝰ, nō ꝓpinquorū pietate, nō deorū metu, Non ſacrorū religione, nō legū auctoritate reprimi & auerti queat. Quocirca vnicū hoc remediū, ſecundū deorū auxiliū, eſt bello cedere, atq; rebꝰ & temporibus vtcunq; ſe accommodare.

¶ Neſcit. Neſcire proprie eſt ignorare, ſed quia,

nescimus tractare, vel asseq nõ possum⁹, fit vt ne scire significet nõ posse, vt hic: sed videt verbum exequi aut aliud per eclypsim subintelligi.

Ordo. Nulla clementia. i. misericordia. miserãs i. miserescẽs, est. i. inest, bello. i. in prelio. ardenti. i. iam inflammato. dextera. i. man⁹ bellantis. impetuosa. i. cum impetu ruens. nescit. i. non potest. exequi sup. opus. i. virtutem, pium. i. misericordiæ.

¶ Haud esse post victoriã sæuiendũ.
Bellica q̃sito frænãda est ira triũpho.
Haud sæuit domito nobilis hoste man⁹.

LVCIVS. ¶ Nõ est sæuiẽdũ post victoriam adeptam. Nam vt ait Cicero iibro Officiorũ primo. suscipiẽda qdẽ bella sunt ob hãc causam, vt sine iniuria in pace viuatur. Parta autẽ victoria cõseruandi sunt hi qui nõ crudeles nec immanes fuerũt in bello. Ordo. ira bellica est frẹnãda. i. cohibẽda. Frẹnare em̃ & eius cõpositũ refrenare, cohibere est. Triũpho q̃sito, parta victoria. Est autẽ triũph⁹ Grẹca vox, a q̃ triũpho & triũphor passiuum, qđ est superor, vincor. Nobilis man⁹. i. illustris exercit⁹, seu egregia militũ multitudo haud sæuit, nõ sæuitiã & ĩmanitatẽ exercet. hoste domito, debellato & deuicto. qdã manũ a manando appellatã existimãt, qđ ex brachijs manat. Est autẽ mẽbrũ corpis decẽtissimũ. Aliqñ ꝑ mltitudine, vt diximꝰ ponit. Manica ꝑs vestis q̃ man⁹ cõtegit: hĩc manicata & manuaria vestis q̃ manicas habet. Hostis apđ Veteres peregrin⁹ dicebatur.

vt aperte ostẽdit Tulli⁹ libro Officiorũ. i. Nũc hostis inimic⁹ est, & q nobis, aut cui nos bellũ publice decreuim⁹. Hostimẽtũ est æquamẽtũ, vnde & hostes dici putat nonius, q ex æqua causa pugnã adeunt. Hostire (vt idẽ ait) aliquãdo pro comprimere ponitur. Pacuuius. Nisi cohercuero ꝑterui tatẽ, atq; hostiero ferociã, interdũ ꝑ offẽdere, cedere. idẽ. Hũc id mihi molestũ est qđ hostit volũtatẽ tuã. Proprie tñ ꝙquare est. Plautus. Cũ promitto hostire vt memineris, hoc est ꝙqua reddere. inde hostimẽtũ, de qua dictiõe iã satis meminim⁹.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad illã Rhetoricã anadiplosim. Vict⁹ est hostis nõ hostis. i. vict⁹ est hostis qdẽ: quia cõtra bellauit: sed nõ hostis, quia sub potestate est qd hostile nõ potẽs facere. Ergo illi nõ vt hosti, sed vt homini parcẽdũ est: & hosti litas obliuiscẽda, humanitas vero memoranda.

☞ Ordo, ira. i libido puniẽdi. bellica. i. bellãtiũ frenãda est. i. cohibẽda est, & hoc dico triũpho. i. victoria. q̃sito. i. acqsita. man⁹. i. potẽtia. nobilis. i. generosa haud sæuit. i. *nullã crudelitatẽ* exercet, & hoc dico hoste. i. capitaliũ aduersario, domito. i. superato. i. postquã hostis superatus est.

☞ Ira.

Sanguine scintillãs feruẽti nascit ira:
Quæ semp dña mẽte domãda venit.

LVCIVS. ¶ Ira mẽte, hoc est rõne regenda & cohibẽda est. Hora. lib. Epistolarũ i. epistola. ii. Ira breuis furor est, aĩm rege: q nisi paret, imperat hũc frenj, hũc tu ꝙpesce cathena. Iuue. saty. viij.

Pone iræ fræna, modūq;. Ira nanq; immoderata insaniā gignit, vt ait Epicurus apud Laertiū ī vitis Philosophorū. Quæstio est apud viros graues an sapiēs irasci debeat: iniuste quidē nephariū est, sed nec turpissimū ira moueri. Modo oculi ꝑ irā truces nō fiant, mō non sit os turbidū, mō nō immaniter clamem⁹: & in spumā efferuescamus. qd de hac quæstione sentiat Thaurus philosoph⁹ vide apud A. Gel. li. j. c. vl. Irā philosophi definiūt esse accensionē sanguinis circa cor. Stoici dāt gratiā deo, adimūt irā. Nā si hō q̄ habet imperium ac potestatē late noceat, per irā sanguinē fundat, vrbes subuertat, populos deleat, puincias ad solitudinē redigat: quāto magis deū q̄ habet totius gn̄is humani & ipsius mundi ptatē, perditurum fuisse vniuersa credibile sit si irascerē. Lactanti⁹ tn̄ in lib. de ira dei. c. vj. cōcludit deum irasci qm̄ gratia commouē. In eo, inquit, summa oīs & cardo religionis: pietatisq; versatur. Neq; honos vllus deberi pōt deo, si nihil prestat colenti: nec vllus metus si non irascī non colēti. Ego ꝯo contra Lactātiū magis crediderim deū ira nō excitari. Nā sapientię. xij. c. legī. Qui cū tranqllitate iudicat. Et D⁹ Grego. ait. Absit vt in dn̄o furorē esse credamus. Nō em̄ esset incōmutabilis, si eū cōmouere posset aliqua necessitas passionis. Improprie igī & secū dū humanū modū de deo nostro loquentes, æternæ dānationis sententiā furorē vocamus. Nō qđ in illa iustitie seueritate aliqua pturbatiōe moueatur deus: sed quia improborū iustissimus erit vindex & sensor. V n̄ iracūd⁹ videbī illis quos ignis purgatorius emūdabit: & furiosus his q̄s gehēnæ demādabit ꝑpetue. Vel dic melius, ira dei nō per-

turbatio animi eius est, sed iudicium quo irrogat pœna pctō. Author est D. August. li. de Ciuitate dei: cap. xxv. Ira scintillans à poëta dicit. Nā in scintillantibus flāmantibusq; oculis exprimitur. Est em̄ fauilla deserta igne scintilla. A qua fit scintillo quod significat refulgeo, splendeo, mico.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad definitionē iræ, quæ apud Aristotelem est li. j. de Anima. Ira inqt est accensio sanguinis circa cor. Nā feruor ille partim ex vaporatione fellis: partim ex perturbatione nascit. Nec est in homine alia passio vel notabilior, vel deformior, ora pulchra fœdat: toruos vultus efficit: incōstātes motus reddit, oēmq; pulchritudinē & tranquillitatē tū animi: tū corporis in deformitatē ac velut in tēpestatē mutat. Quare poëtæ ac pictores talē nobis irā finxere: qualia inferni mōstra serpentib⁹ succincta, igne & flatu instructa fingere solēt. Porro verū iræ pharmacū patiētia est, quod quidē auctores varijs figuris explicant: quas si per otium liceret, huc adducerem. Nam vt ignis aqua, sic ita, patientia aut attemperatur aut extinguitur, vt equus sessore, sic ira rōne duci, & fræno ac calcare cohiberi debet, vt caligo solis calore fugatur, sic ira rōne pellitur: &c.

¶ Ordo. Ira i. puniendi libido: scintillans. i. accēsa & commota: nascitur. i. procedit: sanguine. i. ex cholera, senguinea (per eclvpsim ob defectum præpositionis) feruenti. i. circa cor ebuliēti. i. quæ domari velit. i. quę domari & mitigari debet semper. i. omni tempore, mente. i. à ratione, domina idest passionum dominatrice.

☞ Bombarda.

Si celsũ quateret moles bõbardica cœlũ:
Tota foret capto machina strata ioue.

LVCIVS. ¶ Bõbard æ impetum tam vehemẽ tem designat, vt eo possit dirui cœlũ & iuppiter ipse capi, Est autem bombarda nuperum, & recẽs tormentum: videturq; nomen sumpsisse ab orri= bili sono. Bombus enim sonus est, qui & bombita tio aliter dicitur, vtraq; tamen vox proprie est a= pum. sicut crocatio, & crocitatio, & crocitus dicit de coruis. Tota foret. Ioculare dictum.

Ordo. Tota machina, subaudi ipsi⁹ celi: foret esset strata, diruta. Ioue capto. Est aũt machina ꝓprie molitio, inuentio, vñ mechanic⁹ faber seu opifex eorũ operũ q̃ ingenio simul & manibus fiunt: & mechanicha ars fabrilis. Vnde artes diuidunt in liberales & mechanicas. Et machinas bellicas vo= camus opera fabrilia quibus in bello vtimur. Itẽ ipsa consilia q̃b⁹ decipere hostẽ conamur, machi= næ vocant. Inde ϗbũ machinari i. cogitare, ima= ginari & tã in bonũ quã in malũ vergit. De tor= mentorũ inuentoribus satis multa passim legun tur, sed quis bombardã reperit nondũ exploratũ habem⁹. Ea hoc tẽpore oĩs peditum vis, oĩs eque stris splendor turpiter diruitur. Artẽ machinamẽ torum, vt tradit Plutarchus in vita marcelli, Eu doxus & Architas inchoarunt. Equũ qui aries di= citur in muralibus machinis: æpeus ad Troiam in uenit. Author est Plin. lib. vij. c. lvj.

☞ MAVRVS. Hyꝑbole est de violẽtia bom bardæ. i. bellicæ machinæ, cui cedunt oĩa: est em̃ quoddã artificiale fulmẽ, quod quidẽ velut Iouis

fulmẽ omnia proſcindit & deſtruit. Itaq; dicit nil eſſe tanto robore: tanta altitudine munitum, & à qualibet potẽti manu defẽſum, quin bellicis iſtis machinis ad pernitiem hominum recentius inuẽtis, conficiatur & expugnetur.

¶ Bombarda à factitio verbo bombus dicitur, eſt em̃ bombus tubarum raucus ſonus, vnde bõbarda deriuatũ & nouatũ eſt, qđ hmõi ferme ſonum emittat. ¶ Machina eſt fabrica. i. officina lĩguaria ſed figurate eſt fabricatio operis alicuius: vñ hic machinam pro cœli fabrica poſuit.

Ordo. Si moles. i. ſi magnitudo, bombardica ideſt bombardæ, quateret. i. percuteret: cœlum. i. orbem, cœleſtem, celſum. i. altum. Machina. i. fabrica cœli, foret. i. eſſet, ſtrata. i. deiecta, tota, ideſt per omnes partes, & hoc dico, Ioue. i. ſummo deo, capto, ideſt captiuato.

Iuſtitia.

AEqna gerit rectã, libratacq; põdera lãcẽ
Iuſtitia immota firma, tenaxq; manu.

LVCIVS. ¶ Depingit iuſtitiam cũ lance qua omnia iuſte ponderat. Eſt em̃ librare ponderare, trutinare, æſtimare, examinare. Chriſipp⁹ quoq; in libro de Honeſto & voluptate. ſ. Os & oculos iuſtitiæ depinxit. Dicit quippe imaginem iuſtitiæ à pictoribus ad hunc ferme modum depingi. Forma virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus. Itẽ non atrocis, ſed reuerendæ triſtitiæ. Ex imaginis iſtius ſignificatione: intelligi voluit iudicẽ, qui iuſtitiæ antiſtes eſt oportere eſſe grauem, ſanctum: ſeuerũ, incor-

ruptū, inadulabilē, & contra improbos immiſericordem. Vide A. Gellium li. xiiij. c. iij. Eſt aūt iuſtitia ſplendor magnus ex quo viri boni nominantur. Cuius mun⁹ primū eſt ne cui quis noceat, niſi laceſsitus iniuria: deinde vt cōmunib⁹ pro communibus vtatus priuatis vt ſuis. Author eſt Cicero lib. Officiorum primo. vt vero vlpiano placet in libris digeſtorū. Iuſtitia definiť conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cui tribuens.

☞ Ordo. Iuſtitia firma tenax ꝙ. i. ſtabilis & conſtans quæ frāgi nec deuelli poteſt ab æquitate, gerit, fert manu immota, firma rectam lancem, iuſtam ſtateram qua, ſubaudi lāce, librat, examinat æqua, pondera, hoc eſt ipſam æquitatem.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad illā prouerbialē Latinorū metaphorā, æqui librū. i. ſumma & exacta æqualitas, eſt em̄ æquilibrū bilancis foramen ad quod ponderis fit examinatio, æquamentū, libramentū etiā dicit, id etiā eadem forme rōne dicitur æqua lance fieri, iudicari, ſeruari &c. pro eo quod eſt, pari oīno iure, citra vllum perſonarum, reſpectū. Tertio aliter efferť, trutina iuſti⁹. i. quā æquiſsime, ſiue cū inſigni & īcorrupta æquitate: ita Eraſmus doctiſsime interpretať, hæc tria prouerbia ex diuerſis ſimilitudinib⁹ à libra & ſtatera captis ad eundē ferme ſenſum ſpectat, quodquidē familiarius explicare libet: differūt em̄ libra & ſtatera. Siquidē libra (quæ etiā bilāx dicit) duas habet lances, quæ vbi recte cōſiſtūt, tū pōdus iuſtū eſt: vnde ortū habet, æqua lance fieri &c. Itē foramen habet in quo eſt lingua, q̄ vbi recta intus ſtat nec ad alterutrū latus ne minimo qdē declinat: tū iuſtū pondus eſt, vnde ortum habetur, æquilibriū

Attrutina est statera, quæ lancib⁹, caret, gasco vo cat. Romane: hoc etẽ libræ genere minim⁹ pon dus sentit, dignoscit q̃, vnde ortũ habet, trutina iusti⁹. Trutina etiã pro exacto iudicio sumit. Per sius examẽ vel in illa castiges trutina. V ñ sũt illæ metaphoræ, ad librã, ad trutinã, ad staterã loq, p ferre, examinare &c. pro exactissime. & Apul. tru tinã, sententiam vocat. i. grauẽ & perfecte exami natã. Per hæc igit proverbia etiã per hoc distichõ summa iuris æqualitas. i. exacta iustitia venit in= telligenda. Neq̃ tñ sic accipiendũ est, vt dignis & indignis, sapientib⁹ & stultis, infimis æqualia ex= hibeant. Sed cuiq̃, qđ iustũ est, pro sua dignitate tribuantur. Alioquin inæqualib⁹ (teste Platone) æqualia erunt inæqualia. Nam æqualitate (vt ait Plinius) in ferendis sententijs nil inueniri põt in æqualius. Hæc igitur æqualitas, & illud etiã Ari= stote. Quod iustum est æquale videtur esse: ad hũc modum intelligi debet.

Æqua. Alludit ad Solonis apophthegma, æqua= litas aut parit bellũ, i. æqualitate, q̃ x̃o est æqtas. cõtinet cõcordia, inæqualitas discordiarũ est mr̃.

Firma. Alludit ad cõstantiam sine qua nõ est iustitia. Iustitia nanq̃ est perpetua & constans vo luntas, cuiq̃ ius suum tribuens.

Tenax. Alludit ad æquitatẽ quæ magna iusti tiæ pars est, quia legis & iuris moderatrix.

Gerit. Alludit ad picturam iustitiæ manu si= nistra libram tenentis. Cyprianus encomium iu= stitiæ dicit, in. xii. abusionibus.

Ordo. Iustitia. i. princeps virtutum, firma. i. constans, tenaxq̃. i. & æquitatis seruatrix, gerit. i. tenet & portat, manu, idest, sinistra, immota, id

eſt ſtabili: lancem. i. libram (pars pro toto per ſynecdochen &c.) rectam. i. æqualē quæ libra: ſup. librat. i. ponderat, examinat, pondera. i. merita: æqua i. per æqualitatem. Eſt hyperbaton in confuſa ordinis tranſgreſsione.

Prudens.

Quiſquis es ò prudens, Ianum ſectare bifrontem.
Sunt ora, atq; oculis terga videnda tuis

Luciꝰ. Ianum bifrontē viro prudenti imitandū proponit. Qui qm̄ præſentia & futura ppē deret, biceps ſeu bifrons à poëtis fingitur. Hinc ait Perſius, iane biceps &c. Vide plura apud Macrobiū lib. ſaturna. primo. c. vi. Bifrons dicitur q duas habet frontes: ſicuti biceps, q habet duo capita, & bicorpꝰ quod habet duo corpora. Sunt ora videnda, i. quæ ante os eminent veluti præſentia ſunt inſpicienda, & terga, hoc eſt preterita etiā cōſideranda & reuoluenda ſunt, Nam vt inquit Cicero lib. Officiorum. i. Homo ipſe qui rationis eſt particeps: per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumq; progreſſus: & quaſi anteceſſiones non ignorat, rebuſq; præſentibus adiugit, atq; adnectit futuras. Oculus dictus eſt ab occulē do quod ciliorū tegminibus occulaꝫ prominētes oculi ſunt hebetiores, conditi, clariſsimi. Author Plinius libro vndecimo. Capite. xxxvi. Ocellus. diminutiuū eſt ab oculus, dicitur etiam ocelluſ. Ocellatus ab ocello adiectiuum eſt. Vnde Sueto-nius in Auguſt. Ocellatas nuces dixit pro multis foraminibus diſtinctas. Oculeus plenus oculis.

Vñ Arg⁹ tot⁹ ocule⁹ fuisse refert. Oculat⁹ q̄ per totū corp⁹ oculos habet vel q̄ oculis est vigilātib⁹

☞MAVRVS. ¶ Postquā iusticiā descripsit ad alias cardinales deinceps pergit. Sed à re ad p̄sonā variat. Iustitia nā & Prudentia &c. res sunt: iustus ẋo prudēs &c. p̄sonæ. Vide formulas Eraſmi, à re ad p̄sonā &c. in. ſ. li. dup. cop. alluſio manſcita est ad prouerbiū, Ianus alter. i circunſpectus & p̄uid⁹ quasi p̄ p̄terita colligēs futura. hoc etem̄ Ianus vidēs ante & retro nobis in fabula designet Sūt aūt tres prudētiæ partes: memoria p̄teritorū prouidentia futurorū. Et dispēsatio p̄sentiū: porro sapiēs p̄sentiū ordinatio & administratio & p̄teritorū & futurorū intelligētia oīno pendet. Alias diuisiōes & definitiōes, prudētiæ, itē: laudes ipsi⁹ cā breuitatis p̄tereo: apd̄ Ouidiū Iani fabulā vide

☞Ora. ¶ Alludit ad viatorum, qui eūdo retro relinquit, quæ preteriſt, ante se aditurus ad q̄ pergit. Sic enim viuendo p̄terita tempora, quæ sūt velut post tergum, linquimus, & ad futura, quæ sunt velut ante faciem, pergimus.

¶ Ordo. O prudēs. i. ô sapiēs: quisq̄s es. i. quicūq̄s fis: sectare. i. insequere: & imitare. Ianū, illū deum bifrontē. i. duas facies habentē, & ira ante & retro videntū, ora. i. quæ ante nos adeunda sunt. i. futura: atq̄ terga. i. quæ retro sunt. i. præterita, sunt videnda. i. diligenter considerandā perpendenda: oculis tuis. i. examinibus tuæ prudentiæ.

☞Fortis.

Instanti veniunt subeunda pericula casu
Rebus in angustis fortia corda patent

LVCIVS. ¶Imminẽtia & ĩſtãtia pericula cõ ſtanti fortiq; aĩo ſubeunda ſunt, in reb⁹ em̃ diſcri minoſis fortis anim⁹ cognoſcit. Tulli⁹ libro Offi ciorum .j. Fortis animi, & conſtãti⁹ eſt, nõ ꝓturba ri ĩ reb⁹ aſperis. Et de Oratore lib. ij. Magna laus & admirabilis videri ſolet tuliſſe ſapiẽter caſ⁹ ad uerſos: nõ fractũ eſſe fortuna: retinuiſſe in rebus aſpis dignitatẽ. Hora. lib. ſermonũ. ij. ſatyra. iiij. Viuite fortes, Fortiaq; aduerſis opponite pectora reb⁹, ¶Ordo, Pericula veniũt ſubeũda, adgrediẽ da. caſu ĩſtãti, ĩminẽti. inde ſubiũxit rõnẽ, fortia corda, hoc eſt magnanim⁹ anim⁹, patẽt, apparet. in reb⁹ anguſtis, id eſt ĩ periculis. Vel res ãguſtas intellige humiles & deꝑſſas: vt apũd iuuena. haud facile emergũt quorũ virtutib⁹ obſtat Res angu ſta domi. Anguſt⁹ em̃ idẽ quod arctus, & anguſto verbũ coarcto: anguſtiæ ſtrictura cuiuſcũq; rei, li cet ꝓ trãſlationẽ pro difficultatib⁹ poni reperiãt.

MAVRVS. ¶Duo ſũt fortitudinis tpa, ꝓſperitas & aduerſitas, at quãto difficilior eſt ad uerſitas, tanto maior & laudabilior eſt fortitudo, fortitudinis itaq; magnitudo debet magnitudinẽ dolorũ, piculorũ ac laborũ nõ tm̃ ꝙrre, ſed etiã ſu perare ſiqdẽ ĩ pulchris & magnis vĩcere pulchrũ & magnũ eſt. Nihil aũt pulchri⁹ aĩo forti & gene roſo, vllis aduerſis cedẽ neſciẽti. ĩ poſteriore ꝟſu alludit ad ꝓuerbialẽ ſnĩaz. Op⁹ artificẽ mõſtrat, vt diſputatio literaꝝ, dimicatio fortẽ, aut ſec⁹ &c.

Ordo. Pericula. i. periculoſi labores. veniũt ſubeũda. i. debẽt ſuſcipi. caſu. i. ſub aduerſitate. inſtãti. i. imminẽti & vrgẽti: fortia corda. i. fortes animi. patẽt. i. manifeſtantur reb⁹ in aduerſis. i. ſub aduerſitatibus & periculis.

☞ Modeſtus.

Seruãda in reb⁹ p̃fixa eſt meta gerẽdis:
Nõ exceſſa pudẽs facta modeſt⁹ amat.

LVCIVS. ¶ In reb⁹ adminiſtrãdis ſeruãd⁹ eſt mod⁹. Hortat igit ad modeſtiã retinẽdam. Quod etiã fecit Horati⁹ lib. Odarũ ſecũdo, Oda decima.

Auream quiſquis mediocritatem diligit,
Tutus caret obſoleti ſordibus tecti.
Caret inuidenda ſobrius aula.

Eſt autem modeſtia ſcientia earum rerũ q̃ agunt, aut dicuntur collocandarũ ſecũdũ Ciceronẽ libro Officiorũ. ſ. Hęc ab Aurelio Macrobio moderatio dr: vel modeſtia eſt in aĩo cõtinens moderatio cupiditatũ. Author idẽ Tullius lib. iij. Rhetoricorũ Nouorũ. A moderor q̃d mõ accuſatiuo, mõ datiuo adiũgit modeſtia & moderatio detorquent.

☞ Ordo. Meta præfixa, mod⁹ prę̃fixus & ſtatutus eſt ſeruãda, cuſtodiẽd⁹. in reb⁹ gerẽdis. Adminiſtrãdis. Modeſt⁹ qui vtitur modeſtia, pudens, verecũdus, non amat facta exceſſa, res exceſſas & ſine moderatione factas.

☞ MAVRVS. ¶ Alludit ad aureum illud Heſiodi prouerbium.

id eſt menſuram ſerua, modus in re eſt optimus omnis. Cicero temperãtiã ſæpe vocat modeſtiam & vtranq; eodem prope modo diffinit. Modeſtia (inqt lib. nj. Rheto.) ĩ aĩo cõtinẽs eſt moderatio cupiditatũ. Temperãtia (inqt lib. ij. de fi.) eſt moderatio cupiditatũ rationi obediens.

☞ Omnis aũt moderatio, clemẽtia, mãſuetudo, abſtinẽtia: frugalitas, ſobrietas, parſimõia: ꝓtinẽ

tia, verecūdia, caſtitas, pudicitia, ordo: ſub modeſtia ſiue temperantia militant.

Meta. Alludit ad medium virtutis, ſæpe per modum et menſuram deſignatum, ſiquidē adeo late patet modeſtia, vt oīs mod⁹ virtutis ſedē īter exceſſum & defectum concludens ad eam referri debeat. Nulla quidē virtus eſt ſine modo & menſura, igitur quemadmodum ſanguis per totum corpus: ſic modeſtia per omnem honeſtatem diffunditur.

